gana suavi concentu aures
demulcerent, denarios obu-
lovo ad altare in Mona-
chorum præsidium efferunt,
inter quas cùm Brixiuo
factiosorum Ecclesiastes
non solùm vultu ad ri-
sum composito conspice-
retur, sed et verbis mani-
festis fabulam jam à
Monacho recitatam, ad
papisticum quæstum ex-
cogitatam esse, satis con-
fidenter diditaret. Subitò
mulierculorum motu
circumdatus, pugnis, scan-
dalis, crepidis, sellisque
concionatoriis bene pul-

satus

fatus est, atque ita exceptus,
ut nihil ex illâ passionis
concione, nisi passionem
sibi et facici, lividas ma-
culas reportaret, quas po-
stridie probandi facti
causâ Senatui ostentat,
et de injuriâ sibi illatâ
queritur, vindictamque
postulat, sed Senatus
totum illum foemineum
coetum non posse com-
modè vocari putat, cùm
author facti in tantâ
multitudine deprehen-
di non queat. Senatus
ergo dissimulatione, ca-
tholici usu, factiosi verò
maledictis hanc injù-
riam puniunt.

Inde

Inde 28. Novembr. antilogiam contra Lot-manni articulos, quos adversus catholicas coeremonias adviderat, cleroque refutandos tradiderat, Theologi Colonienses consulti remittunt, Quos cùm Senatus intellexisset, Emanuenses suos Mr. Theodoricum Doier à clero Secundario antilogiam istam petitum abelegat.

Illam igitur 29. Novemb. quatuor à clero Secundario deputati Mr. Hermannus Schroderkenus, Joannes Vogelsang veteristempli, Joannes de Mesche, & Martinianus Adislanno

nonici ac Sacellanus Transflu-
vianus, Senatui et Tribunis
præsente Rotmanno cum
suæ fationis consortio in
curiâ offerunt. Senatus
rogat, an oblatum à Seli-
brum coram quibusvis de-
fendere parati sint? Re-
spondet Schroderkenus au-
thorem ejus proculdubio
ipsum defensurum. Fuit
autem illius author Joannes
de Saventria Provincialis
Fratrum Minorum. Et
cum tria antilogia; quæ
fidei catapulta inscribitur;
exemplaria acceperat, duo
Tribunis et Rotmanno tra-
didit, reservato sibi tertio.
Ibi tunc Rotmannus so-
lenni

lenni oratione in concessu
Senatorio habitâ benignè
susceptâ, hanc antilogiam
amplecti, neque se jam
dubitare ajebat, quin ex
hac mutuâ Scripturarum
collatione verbum Dei à sor-
didâ humanarum traditio-
num fece, omnique adulte-
rinâ admixtione purga-
tum reviviscet, et auspi-
tium integritatis decus
in multarum animarum
salutem emerget. Ubi verò
oratione finitâ domum
Senatoriam egressus fu-
isset, multitudine sororum
protinus exceptus est, qui
avidè, quid animi, quid ve
spei de evangelici negotio
habe-

habeat, inquirebant. Jue
autem confidenter, omnes
benè sperare jubet; lapidem
enim angularem nullis pa-
pistarum arietibus, quan-
tumvis violentis, posse labe-
factari. Evangelii lucem
nullis Theologorum so-
phismatis obscurari. Hinc cum
rumor articulorum traditus
totam urbem subitò per-
vasisset, factiosi hursum,
deorsumque gregatim nove-
tatis gratia cursitant, di-
versisque sermonibus mu-
tuo se fatigant, aliis
Aerodalii, aliis Rotmanno
palmam tribuentibus.
Cùm autem Frater Joan-
nes de Pavertria Pro-

pin-

vincialis s: cujus supra
memini: Lotmanni abu-
sum articulos confuta-
verit, sub finem libri, qui
inscribitur christianæ veri-
tatis telum, seu sibi ca-
tapulta in plerosque pseu-
do prophetas, præsertim
in Bern: Lotmannum
Monaster: populi seduc-
rem, invehit, non puto o-
peræ pretium esse, ut ego
in illis diluendis opero-
sior sim, quàm expedit,
eo ergo lectorem remitto,
ne continuatio suscepti
operis interrumpatur.

Post digressum itaque
Lotmannum, Tribu-
nus plebis, Mechanicorum,

que

que Magistri, de utili-
tate civium, uti ferebant,
solliciti accuratius consul-
tandi causâ apud Senatum
in conclavi Senatorio ma-
nent, atque ibi iterum,
ut superius, multis verbo-
rum anfractibus, omnis
seditionis inter principem
et eos mota culpam in
clerum secundarium de-
torquent; hujusenim
querimoniis superioribus
mensibus auditis, quibus
et pleraque falsa affin-
xerit, principem adver-
sus oppidanos primùm
irritatum, atque indeita
commotum fuisse, ut
civium bona intercipe-
ret,

ret, vias publicas intercluderet, commeatum in urbem transportari vetaret, incolas bonis spoliatos latibulis peregrinis involveret, multis commitiis et conventibus publicum ærarium exhauriret, stipendiis militibus erogandis facultates avitas attereret, nihil civitati opus esse externo præsidio, nisi hostem intra muros grassantem conspicerent, nisi penuriam cleri metuerent, nisi frumentaria cleri commeatu cleri incitamentis intercluso improvisam Principis oppressionem extimescerent. Cleri quoque im-

impudentissimis mendaciis equestris ordinis invidiam in civitatem concitatam esse. Quare cum clerus ad satietatem usque cives diveret, atque omnis mali, calamitatis et seditionis, controversiæ, invidiæ, ac odii causa sit, meritò ipsum omnibus bonis exutum, aut urbe pellendum, aut eo adigendum, ut omnia damna, civibus in hac causâ illata resarciat, de futuris incommodis, prædibusque caveat, aut apud Principem continuò efficiat, ut arresto rerum civicarum soluto, et publicis

iti-

itineribus reclusis, libera commeandi facultas civibus permittatur, ad hæc militibus in tutelam urbis, à Senatu in auctoritatis Stipendium solvat.

Senatus hæc subito sine magno motu fieri non posse animadvertens: ad futura comitia ista esse relegenda censuit.

Plebeius verò Magistratus multò acrius ac ferocius illa urget, ac nisi hæc fiant, se nullis rationibus plebeam concordiam conservare, neque populum in clerum jam frementem ab impetu continere posse, quidam

tem

tem in tali discrimine cle-
ri patronis accidere queat,
Senatui sc pensandum re-
linquere.
Tandem ut motus popularis
furoris evitetur, pro plebei
Magistratus arbitrio fit
Senatûsconsultum contra
clerum.
Post horam itaque un-
decimam antemeridia-
nam quatuor è Senato-
rio ordine ad Decanum
veteris templi, qui caput
est, atque orator Secun-
darii cleri mittuntur. Quem
cùm solum repererint,
jubent, ut sui ordinis ca-
nonicos aliquot convo-
cet; Legationem enim

non

non exigui momenti, quæ
ad Secundarium clerum
pertineat, sibi à Senatu
committam.
His itaque actis Sena-
tus consultum et lega-
tionem referunt hoc
modo:
Senatus, Tribuni, Mecha-
nicorumque Magistri
atque è toto plebeo Non-
Reipublicæ ordine delecti,
jubent: ut Clerus Secun-
darius intra biduum
apud Principem effi-
ciat, ut Ille civium bo-
na intercipere destinat,
interdictum de annonâ
in urbem non transpor-
tando tollat, libera m
com-

commeandi facultatem re-
clusis itineribus publicis
quibuscunque permittat, lites
adversus cives peregrino
jure exceptas intercidere
sinat, ac omnia tandem
in pristinum libertatis
statum restituat, deinde
ut intra præscriptum tem-
pus tantum pecuniæ
conferat, ut militibus in
præsidium et tutelam urbis
collatis stipendium unius
mensis exsolvatur. Sin
negligenter ista permitte-
rent, suo periculo id fiat.
Dici non potest, quan-
tum illud Senatus con-
sultum clerum secunda-
rium terruerit. Et cum
subito

Subitò nullâ morâ aut di-
latione admissâ, ante
quam Senatus popula-
risque Magistratus ac
à plebe deputati Soluto
consilio, è curiâ digredi
vellent, ad Supplicandum
clero primario compelle-
retur necessitati paren-
dum deputat. Ad hunc
itaque modum in Vigilia
Andreæ Apostoli, quæ fuit
29ª Novemb: ad Cle-
rum primarium scribit,
sed multò tamen mitius, quàm
res acta fuit.

Senatus, Tribunos, Me-
chanicorumque Magistros,
ac in toto Reipubl: Monast:
plebeo ordine Deputatos ho-
nora-

præsente die convenisse, atque
de arresto, et civium grava-
ne tollendo, deque itineribus
publicis recludendis, atque
sublato omni timore ultro
citroque commeandi fac-
tas quibuscivis permittatur,
acerrimè egisse: tandem
Senatum, si præsentis peri-
culi metum evadere velint,
collegiis consuluisse, ut ad
Clerum primarium serio
scribant, cujus ope et pre-
sidio pristinam rerum
avicarum libertatem à
Principe facilè impetrari
posse. Quod verò ista à
Clero secundario potissi-
mum postulentur, eique
hoc scribendi onus impo-
na-

natur, supplicationem superioris mensibus ad se Principem à se remissam, causam dedisse. Sibi videri, quia amotarum cæremoniarum et Dei cultus è templis deturbati restitutionem petierint. Hinc se circa principem in impietatis detulisse famam esse. Hinc se in offensionem et odium civium incurrisse, ideoque plebem Cleri bona tam extra quàm intra muros invadere, sibique retinere, donec omnes civibus illatæ afflictiones tollantur, impensæ refundantur, agitare. Senatum tamen, Tribunos, Mecha-

chanicorum Magistros serio,
intercessisse, dilationem-
que ad proxima Comitia
effligitasse, tunc enim
se omnem daturum operam
ut petita à Principe im-
petrentur, sed tantillum
dilationis, se à plebe jam
ad discessionem paratâ im-
petrare non potuisse, vix
tandem tempus unius diei
ad scribendum improbis
precibus eâ lege extorsisse,
ut tam Senatus, quàm
Collegia ad primarium
dierum scriberent, ante,
quam hi, qui plebiscitum
sam agebant, digrederen-
tur, se itaque necessitati
paruisse. Præterea quod,

dam

dam Senatorii ordinis viros,
nec non Mechanicos, plebe-
osque adire infensos venisse,
satisque acriter voluntati
sua decretum proposuisse.
Hinc spe quod se Scripturos
receperint. Quare cum
Aerarius primarius ex his
satis intelligat, quantis
Collegia discriminibus
et periculis implicita
teneantur, ea quæ possint diligentia efflagitare,
ut Collegia et secundare-
um Aerarium metu prope-
modum exanimatum ri-
gat, atque apud Princi-
pem efficiat, ut arresto sublato, omnia ad pristinam
commeandi securitatem
revo-

revocentur, alioqui neque â motu se, neque ab oppressi-one plebea tutum fore exi-stimare. Quid autem horum impetraverit, se promoveri cupere. Adjungit et Se-natus ad eundem Clerum tale Scriptum:

Quod à Clero Secundario Civitatis Monasteriensi aliquot articulos diuturna sua con-sultationis, quibus Concio-natorum articulos de abu-su cæremoniarum ante ali-quot menses tollere nitatur, Senatui tradidisse, quos statim Senatus Concionato-ribus porrexit, qui ad eos se responsuros recepe-rint. Cùm autem hac

De

De causâ Principi, quæ ad
concionatores et cœremonias
pertinent, civi, eorumque
bona arresto detinuerit, at-
que peregrinis judiciis in-
volverit, nec non edictum
de commeatu in urbem
non transportando per-
mulgarit. Hæc ita coram
Senatu gesta esse clero pri-
mario scribere, pariterque
rogare, ut à Principe
impetret, uti arrestum, lites
contra civi motas et inter-
dictum de annonâ in
urbem non transportandâ
intercidere et intermori
sinat. Si verò hoc im-
petrari non possit, et ali-
ud interim quodcunque hanc

ob

ob causam perpetratum fuerit, cui Senatus resistere non queat, Scil. Capitulo accuratius perpendendum relinquere, quem autem fructum haec Senatus petitio paritura sit, respondere maturet.

Clerus Primarius 2.da Decembris Clero Secundario respondet:

Se collegiorum resaffli, ctas ex superioribus literis dolenter accepisse, quas subito ad Principem miserit, simulque per Scripta et Legatos eundem obsecraverit, ut exulceratissimi temporis et publicae pacis memor, arestum, litesque exortas

coepta, ac dictum de an-
nonâ in urbem non trans-
portandam intercidere de-
menter patiatur, non esse
dubium Principem brevi
ad haec responsurum.
Eodem die Senatui
quoque respondet:
Senatûj et Cleri secun-
darii scriptis ad ductum
Principem de mutuâ con-
cordiâ revocanda supplici-
citer commovisse, et se pro-
vt̃ datâ occasione omnem
lapidem moturum, ut peti-
ta: Si quâ ratione fieri
queat: à Principe im-
petrentur. Verùm cùm
ex literis tam Senatûj quàm
Cleri animadvertat, derum
extre-

extrema sibi à civibus non
temerè metuere. Se itaque
Senatum, Tribunos, Me-
chanicorum Magistros
precari, ut hoc plebis pro-
positum intercipiant, et
à vi, funestâque cladе
eam coërceant. Si enim
à nefariâ et effrenatâ vio-
lentiâ plebs se non tempe-
ret; sed vel rapinâ vel
cædе manus sua polluat,
non solùm eam rem
Principem exacerbatum
reddituram, et pacis futuræ
consilia everturam. Verùm
etiam multorum indigna-
tionem et causam in si-
nitarum calamitatum
sibi cumulaturam. Quæ
omnia

omnia magno Studio et
industriâ avertenda sint.
Ipso die Andreæ Apo-
stoli, quæ fuit 30: Novem-
bris Lotmannus in fine
suæ concionis populum
ad sequentis diei concio-
nem invitat, se enim
horâ tertiâ pomeridia-
na in templo Lamberti-
no dicturum, et Sacris
literis ostensurum, quā-
tam stultitiam et teme-
ritatem liber ille in se
contineat, quem Clerus
secundarius à Theolo-
gis Colonien sibus Ju-
centis florenis sibi com-
parârit.

Sequenti autem die

prima

prima Decembris, quæ fuit
Dominica prima Adventûs
tanta hominum diversorum
multitudo confluit, quan-
tam vix templum, etsi spati-
osissimum, capere posset;
hi Spiritu evangelico afflati,
illo rei novitate permoti, hi
aviditate discendi, illi studio
continendi pertracti, hi vi-
dendi desiderio succen-
flammati, illi argumento-
rum cognitione accensi, qui-
bus in diluendis articulis
Lotmannus uteretur, hi
psalmorum canendorum
suavitate illecti, illi con-
suetudine et sodalitio
vicinorum suorum invi-
tati huc confluunt. Ibi

cum

cùm aliquot psalmos ger-
manicos cantitassent.
Rotmannus a Senten-
tia S. Pauli ad Rom.
13. excoritur: Nox prae-
riit, dies autem appropin-
quavit. 3. unde occasionem
flagellandi Pontificem
Roman: omnesque Pon-
tificios fumens, ad stupo-
rem usque in regnum pa-
pisticum invehitur: illud
vocans noctem, et densissi-
mas errorum et ignorantiae
tenebras, quod humanarum
traditionum foeco, caere-
moniarumque impiarum
inventione per annos
jam multos, diem seu
veri Dei cognitionem con-
tami-

taminaverit, atque ita ob-
scuraverit, ut nemo in tan-
ta caligine veram Evangelii
lucem videre potuerit, neque
Pontificem unquam papam
fuisse, verae cognitionis fami-
liam, in clarissimam lu-
cem emergere, quae quidem
in quibusdam piis viris
aliquoties emicuerit, sed
eam semper tyrannide quâ
oppressam. Nos, inquit,
terque, quaterque foelices,
ad quos practis Pontifi-
cis ergastulis lux vera
rediit, illa squaloribus
papistarum hactenus
obsita, nunc tandem eru-
pit, ac tyrannica vincula
quibus tenebatur, erasit,

nobis,

nobisque multò illustrior red-
dita est. Nunc itaque nox
præteriit, dies que appro-
pinquavit, suavissima
lux exorta est. ~~Jam~~ Jam scimus,
quid Deus à nobis exigat,
jam cognoscimus, quæ sint
insidiæ, et laquei Pontificij,
Diabolique; excutiamus
igitur callidissima Pontifi-
ciorum retia, quibus etiam
nunc præsidio Colonien si-
um Sophistarum nos in-
cautos illaqueare conten-
dunt: caveamus nobis
à pharisaico illo fermento:
papisticam fugiamus blan-
diloquentiam, articulos erro-
ribus plenos, et papistarum
somnia defendentes, à Co-
loni-

lonien̄sibus consutos eritemus,
quibus per humanas consti-
tutiones et impias coremo-
nias Idololatricæ caliginem
neglectâ verâ Evangelii luce
callidè nobis obtrudunt.
His multisque aliis adma-
ledicendum Colonien̄sibus
Theologis, Clerogue Mona-
chis utitur: nec tamen argumen-
tis solidis, quàm maledictis
inceptis articulos debellavit.
Apud imperitam tamen
plebem, quæ eloquentiæ et
garrulitatis discrimen ha-
bet nullum, optimè dicisse
visus est.

4. Decembris Joannes
de Kasfelt, qui longo mi-
litiæ usu Ducis titulum
merue-

merucrat, Caspar Amysinck et Jodocus Korff viri nobiles, atque apud Principem authoritate et gratiâ multùm pollentes quorundam procerum Dioecesis, et urbis instinctu, hortatu et suasu, maximè autem Cleri primarii suggestione, rit fama ferebat, in gratiam Collegiorum et Secundarii Cleri, quem à Seditiosis affligi enormiter cognoverant, Monasterium veniunt, atque cùm humanissimè à Senatu excipierentur, de dissidio inter Principem et urbem coeptum est agi: hi igitur operam suam apud Principem Senatui pollicentur,

si

si patritii quidam urbis, quos Princeps ferat, ad-
jungantur. Adducitur
ergo ex civitate Herman-
nus Schenckinck Judex,
Wilhelmus Nevorn, ac
Hermannus Ruck, qui le-
gatione susceptâ biduum
integrum cum Principe
de pacis conditione agunt,
omniaque, quæ ad tran-
quillitatem facere visa
sunt, sursum deorsumque
volvunt. Et inventus fuis-
set sine dubio componendæ
seditionis modus, si Mo-
nasterienses à suo perti-
naci proposito paululum
recessissent. Verùm cùm
tam pertinaciter et præ-

præte-

fraudè sua tenent, ut nec in minimo Principem cedant. Imò cùm Knipperdollin„ gus ac Knippenbrockius Capita Seditionis, â qui„ bus tota plebs pendet, quos„ que tanquam numina terrestria venerantur, manifestè coram quibus„ vis dicat: Se liberos suos â se occisos, celosquè in cibum malle vertere, quàm aut Concionatores deserere, aut quicquam eorum, quod coeperunt, immutare. Pro„ inde omnis labor ab his viris frustra suscaptus est.

Post hæc Princeps cum Legatis Capituli ac ordi„

ordinis militaris, qui con-
silii capiendi causa adve-
rant, consultant, quid fa-
ciendum censeant, si Mo-
nasterienses, quod futurum
esse opinetur, in suis ac-
ceptis pertinaces manserint,
et si adversus armatam con-
fugiendum, cujus sumptus
solus ferre non possit, cum
res alienum a defuncto
Principe conflatum, sibi
solvendum, et Episcopatus
confirmatio a Pontifice
magnis impensis redimen-
da sit; se vero et corporis
et opum suarum vires, ne-
cessitate sic postulante, huic
rei quam libenter ac
ultro impensurum.

Ad

Adqua Legati, Præpositus, Scholaster, Decanus Osnabrugen: Vicedominus, ac Bolfwinge nomine Capituli, et Gerhardus de Recke Eques auratus, Bernhardus de Westerholt, ac Godefridus Schedelich, ex parte ordinis respondent: antiquitus receptum fuisse, ut Princeps in hujusmodi casibus, si opes illius patiantur, tales sumptus primum sustineat, sin minus arcem aliquam creditoribus esse pignori obligandam, aut censum augendum, et à subditis præsidium exortor,

torquendum. Verùm cùm
pi duplici exactione Turci,
cà et gratulatoriâ nunc
atterantur, ipsos tertio onere
non esse præmendos.
Princeps consum a,
gendum, ob causas jàm
dictas minimè expediri
putat: Arcem autem hy,
pothecariis Creditoribus
esse obligendam, unde re,
ditus in sui sustentatio,
nem à majoribus compa,
rati minuentur, sibi non
parum obfuturum ani,
madvertit, Segue invitè
hoc permissurum, cum
præterquàm superius enarrata
incommoda, etiam Fre,
derico de Seda, qui
se

se Episcopatu abdicavit,
duo millia florenorum, sin-
gulis annis sibi nume-
randa fuit, et in arcibus
Episcopalibus totius Dio-
cesis, ad necessarium usum,
pene nihil sit relictum.
Si verò aliam viam, quâ
huic necessitati, consulat,
reperisse: nempe cum
Turcica expeditio revocata
quiescat, ita ut non sit
necesse, omnem pecuni-
am in usum militiæ
collectam, erogare, Dio-
cesanos superfluam, quæ
inter milites non fuerit
distributa, in hunc
usum, posse convertere.
Si tamen totius Diœcesis
judi-

judicio illud pensandum,
et decernendum relinquere.
Haec igitur et alia mutta,
quae ad publicam Dioecesis
utilitatem et concordiam
pertinere videbantur, ad
futurum conventum dicen,
da rejecta sunt. Visum est
praeterea utile, ut Princeps
Ipse eundem conventum
decorare dignetur, ac omnes
tam Ecclesiastici quam
profani Status proceres
vocentur, hoc enim non exi,
guam rebus gerendis au,
thoritatem allaturum.
Monasterienses sine
fide publica ad hæc Comi,
tia venire non audent.
Itaque cum 6. Decembris
eam

eam à Principe postulassent, Princeps dein 7. ejusdem mensis rescribit: Se Legatis Monast: securitatem, tutumque commeatum veniendi, rediendique clementer concedere.

Ad hunc diem locum, que præstitutum, cùm omnes ordines convenissent, ibi tunc Monasteriensium Legati, ut se facturos in comitiis superioribus receperant, responsuri prodeunt: primùm itaque gratias agunt ordinibus, quòd controversiam inter Principem et urbem intercipere, interceptam extinguere magno studio conati sint.

Lud

Quod vero Princeps ordinum supplicationes, suasque submissiones, et juris juri, legibusque implorationes repudiaverit, se ingenti animi dolore mirari, unde tanta indignitatis occasio perfluxerit. Nam quod scribat oppidanos suam, ordinisque militaris oras admonitiones per contemptum excussisse, sibi non constare, sequeque nescire, quod illius ordinis militaris clementes benevolasque adhortationes contemptim abjecerint; sed multo magis e diverso illas semper, ut nunc, suscepisse, atque ma-

magnifice, quatenus pietati
æquitatique conformes fue-
rint tanquam obedientes
subditos paratissimos am-
plecti fuisse. Tandem vero
ordine post petitione, mul-
tas dummâ cum difficul-
tate assensum interejsi
endi controversiam his ce
legibus à Principe impe-
trasse. Nempe cum o-
mnes ordines oppida-
norum institutum ea-
sare mandato, Sacri
Rom: Imperii decreto,
ac benignis Princi-
pis admonitionibus,
illisque jurisdictioni
adversari censeant. Jde-
oque si oppidani Or-
di-

dinum* consilium sequan-
tur, ac aliter prudentius-
que res suas instituerint,
Cæsaris ac Imperii de-
cretis paruerint, Prin-
cipis ac militaris ordinis
crebras admonitiones
et scripta, propriam sa-
lutem accuratius expen-
derint, concionatores
abegerint, novationes
aversati fuerint, coere-
monias, templorum-
que ritus rejectos re-
vocaverint, omnesque
injustâ vi officiis suis
amotos et pulsos repo-
suerint, ac in pristi-
num Statum restitue-
rint, ipsos ordines con-

trover-

troversiæ inter Principem
et oppidanos motæ inter-
cessuros, et de pacis con-
ditionibus quàm dili-
gentissimè acturos.
Ad hæc se respondere:
Si oppidani, quorum le-
gatione fungantur ad-
missa ipsis defensione
sui infamati criminis
à quoquam convicti
fuerint, ipsos libenter
consilium ordinum se-
cuturos, aliamque vi-
am ituros. Cùm verò
rebellionis, seditionisque
insimulatæ convicti et
condemnati non sint,
quâ de causâ res su-
as aliter atque pru-
dentius

dentiùs instituant? eâ enim fiducia certa oppidanos tenet, id, quod cœperunt non esse impium, neque seditio, sum, neque Cæsaris Majestatem, neque Principis jurisdictionem, neque cujusque authoritatem in minimo labefacturum, nedum everturum, sed nec solum jure et ratione humanâ, verùm etiam divinis legibus apud quosvis facilè defensuros.

C. Petitio Legat.

Se itaque quàm diligentissimè ab ordinibus esflagitare, ut Principem ad convocandum intra

Spati-

spatium unius mensis
aliud consilium inve-
tent, et conveniant, in
quo coram ordinibus
et Dioecesis proceribus
res controversæ utrim-
que proponantur, pro-
positæ ita discutian-
tur, ut utriusque ratio
ex veritate æstimetur,
et quo jure, quave in-
juriâ utrimque utan-
tur, eviventer pateſcat.

Et si in eo coetu cogni-
tum, deprehensumque
fuerit, Monasterien-
ses aberasse et deli-
quisse, ipsos sponte
sua in viam redituros
culpamque depreca-
turos

turos. Praterea cùm
neque latro, neque fur,
neque de ullo flagitii
genere accusatus, ultimo
supplicio plectatur, nisi
manifestis argumentis
et omni exceptione majo-
ribus maleficii convictus
fuerit, nonne iniquum
quoque et honestati con-
trarium videretur, oppi-
danos accusatos sine cau-
sa cognitione affligere,
incommodisque afficere?
Itaque et hoc se praci-
pue ab ordinibus con-
tendere, ut arestum, et
si quid praterea incom-
modi in cives conce-
ptum sit, ad diem, sive
consi-

consilium petitum à
Principe intermitti im-
petrent. Se et hæc apud
oppidanos effecturos, ut
Concionatores de articulis
in controversiâ positis
interea sileant, ut omni
posità molestiâ, metuque
periculi ad petita comi-
tia libere accedere utrim-
que detur. Et Prin-
cep. interea præsidio
Senatûs hoc agat, ut
tempestas et contentio
inter Clerum et Concio-
natores, cùm profectio
utroque sit perditura,
per viros eruditione et
prudentiâ graves dis-
cussa mitigetur et com-
pona-

ponatur. Cum itaque
Monasterienses igno-
rent, quid à se amplius
fieri et requiri debeat
aut possit, sperant hoc
responsum suum per
Dioecesis proceres ad Prin-
cipem delatum, ipsius
aures jam offensas mi-
tigaturum. Sin hoc
à Principe impetrari
non possit: quod non
speratur: sed ab ordini-
bus Dioecesis per multi-
plices juris, privilegii-
que omnisque hone-
statis imploratione, eam
saltem gratiam conse-
cutoros esse non dubi-
tare, ut sibi ab omni
in-

injuriâ temperent, innocentiamque oppidanorum neque clandestinis consiliis, neque manifestis machinis sint oppugnaturi.

Postremò ut hoc se potere ut Princeps per subsequentes rationes commoveatur:

Primum, ut præter illud incommodum, quod sibi suisque expectandum sit, clementer quoque expendere dignetur, quæ calamitas, quod rei penuriæ dispendium, quæ profanatio, quæ jactura, quæ cædes, quæ tandem pernities sit:

sire

si res male ceperit: tam iis, quos moenia concludunt, quam qui foris per Dioeceſim paſſim morantur, hinc eruptura ſit.

Secundo ut ſecum cogitet, quod Imperator Edicto ſuo in Comitiis Latisponenſibus edito et per totam Dioeceſim promulgato praecipiat: Nemi nem tam ſupremi quam infimi ordinis ob cauſam Religionis ſpoliandum, aut alio quovis modo affligendum. Omnia enim ad generalis Conſilii deciſionem ſeu Principum Comitia eſſe rejicienda.

Tertio

Tertiò ut secum pensitet, in quibusdam regnis, principatibus, provinciis, regionibus, et plurimis Imperii urbibus, in quibus et ipse Imperator præsens degit, et in aliis vicinis civitatibus, oppidis et pagis similem religionem esse receptam, quam tum talis motus, talisque pœna non sit secuta.

His ita actis, et cùm nihil certi de controversia inter Principem et urbem definiretur, de futuris Comitiis indicendis consultatur, ad quæ omnes Ipsi concor-

cordia rejicitur. Et tan-
dem die 21. Decembris
omnium consensu con-
stituitur. Iterum Mo-
nast: de aquiori et tolle-
rabiliori responso dando
secum deliberent. Atque
hoc pacto Consilium sine
magno fructu dissolu-
tum est.

Inde Respubl: Mon:
cum omnia propemodum
essent hostilia et infe-
sta, milites, civesque
suos crebris eruptioni-
bus, ne longo otio a-
nimi eorum torpescant,
neve ad seditiones pro-
pensi pejora in urbe
machinentur, exercent.

nam

1048.

Nam 13 Decembris sexcenti pedites armati, et quindecim equites in expeditionem missi ali- quot currus Siliginis et quindecim plaustra li- gnis onusta, soluto tamen pretio, duosque Equites alterum Hipparchi, al- terum Bernardi de Linnep Ministros, juxta Solis fontem apprehen- sos secum in urbem re- versi adducunt.

Simili etiam eruptio fit 16. Decemb.; in qua Henricus Scherfinck vir Equestris ordinis, ac Satrapa tum temporis Nichusanus, legatione fru-

publicâ fungens, cum tri-
bus Ministris, ac Arnoldo
Lorck cive Wolfbecensi
ab armatis oppidanis in-
terceptus capitur, urbique
infertur.

Die 17: Decemv: Clerus
Secundarius à Senatu
ad Curiam vocatur. Verùm
cùm quatuor tantùm ejus
ordinis venissent, eo Sena-
tus, ea, quæ voluit, in
sequentem diem distulit,
quo serio eos adesse jubit.

Die igitur 18: Decemv:
Decanus veteris Templi, ac
orator Cleri Secundarii,
M. Gerardus Schro-
derterm, Gerardus Pro-
vestinck et Joannes
Jo-

1050.

Vogelsanck Adis Veteris S:
Pauli Canonici, Reinerus
Vodervelt Ludgeridanus, Jo-
annes Thulen Scholaster
Martinianus, Joannes
de Meschede et Conra-
dus Bolendus ejusdem
Templi Canonici, M. Ti-
mannus Rennerus Pa-
stor Lambertinus, ac
Gerardus Tonsoris Sa-
cellanus Aegidianus ad
curiam redeunt.

Quibus Senatus, Tribu-
nis et deleti a plebe
mandant;
ut in Stipendium mili-
tum tam absente Clero,
quam praesente pecunia
tribuantur, et conferantur;

alio-

alioquin sibi, facultatibus
que suis male metuant.
Quibus verbis primum
valde terrentur, inde tamen
paululum digressi sumpto
animo et deliberandi spa-
tio sic respondent:
Quamvis quidem à contri-
butione aliqua Reipubl:
necessariâ se alienos non
fore existiment, tamen
se non dubitare, quin
Senatus ea qua sit pru-
dentia præditus rationes
justissimas secum ex-
pendere, et Clerum ab
hac saltem contributio-
ne duabus de causis
clementer eximere velit.
Suas enim facultates
primùm

primum Turcica exactione supra modum et vires cujusque ita attritas esse, ut nihil pecuniarum superfit, deinde se hoc rerum statu à nullo reditus et pensiones extorquere posse, vix sibi unde se alant, superesse, se miseram atque calamitosam vitam intra suos parietes agere. Postremò absentem Clerum, ut pote potentiorem et opulentiorem se nullâ ratione ad contributionem compellere posse. Proinde cum pauci ex Clero sint in urbe, iidemque teniuiores, se benignum clementemque senatum habi-

habituros confidunt, maxi-
mè cùm se rebus adversis
non subtrahant, sed in
urbe communia mala
cum ipsis experiantur,
et ferant.

His verbis Senatus qui-
dem flectitur, plebs verò
capitali et plus quam
vaticiano odio in Clerum
accensa, ipsum à Tributo
immunem non fore da-
mitat, cum omnium
afflictionum et civilium
incommodorum sit occasio.

Tandem a Senatu, Tri-
bunis et a Plebe depu-
tatis decretum est:
ut Clerus in urbe pra-
sens intra unius mensis
spa-

Spatium in militiæ usum
quingentas æris marcas
pendat. Si qui verò à con-
tributione se subducerent,
eorum nomina ad Sena-
tum deferentur. Interim
et hoc agerent apud Pin-
cipem, ut arestum et
interdictum de annonâ
in urbem non transpor-
tanda intercidat et tolla-
tur.

Eodem die cùm ple-
bis in Clerum exasperatio
atrocem seditionem Sena-
tus metueret, si nullo
exercitio impedita ab eâ
revocaretur; expeditione
itaque eam ipse occupan-
dam putavit, ut tumul-

tus

tûs et odii in Clerum obli-
viscerétur, et ne omni id
quidem sine pretio dari
peretur. Inde dies aliquot
aëris indementiâ nivisque
altitudo oppidanos ab
eruptione coërcuit, neque
magnopere illis opus erat,
cùm agricolæ finitimi cre-
bris illorum expeditionibus
territi, triticum, siligi-
nem, hordeum, ligna, a-
liaque ad usûm quotidi-
anum necessaria sine
cipis interdicto neglecto,
sponte suâ advehant.

Die 19 Decem. Clerus Secundarius de contribu-
tione à Senatu indictâ,
sollicitus omnis fuit or-

dinis

dinis ad veteris Templi con-
clave capitulare convocat;
sed neque Georgiani neque
Joannitæ, neque Fran-
sturiani neque Nitzin-
ganarum „virginum“ Pater, ad diem
locumque venerunt. Se
enim in illam contribu-
tionem pro extorsam minimè
consentire velle renunciant.
Itaque illo conventu sine
certo decreto dissoluto con-
stitutum est, se rebelli-
onem aliorum ad Sena-
tum, re ita exigente,
relaturum. Verùm non
solùm ista Cleri contri-
butio, sed et multa alia
in exitium multorum
excogitata, magno motu

rei

it mox sequetur: / inter-
cepta, oblivione oblitera-
ta sunt.

Interea dum haec agun-
tur, Bernardus Rotmannus
Ecclesiastarum in urbe
primarius nomini suo
satisfacturus, factione
suam non solùm propa-
gare, verùm etiam no-
vis inventis augere la-
borat. Cui non satis fuit
Eucharistiae Speciem u-
tramque ad usum reve-
cepse, nisi etiam Ca-
tholicorum more de
jejuniis communicandis
obolilo Christi exemplo
in vesperum communi-
caturus nunc ad tem-
plum

plum, nunc ad ædes pri-
vatas convocaret, atque
ibi post recitatam con-
fessionem publicam, ex
similagineo pane, par-
ticulas quantas vellet,
decerperet, decerptasque
pianum fauci bus in-
gereret, poteramque han-
riendam offerret, nullâ
ratione habitâ, utrùm
sobrii aut ebrii acces-
sissent. Porrò si quis ae-
gritudine, aliâve causâ
impeditus ad publicum
hunc coetum communi-
caturus accedere non
posset, hinc pane simi-
lagineo in manica ja-
tis capaci secum abla-

to,

tos: qua etiam matrona-
rum botulos, caseos, ali-
aque ejus generis munera
promiscuè capiebat: suo
more consolatur. Unde
per totam urbem Stuten-
bernhardus vocari ce-
pit, à pane triticeo, sive
similagineo, quem West-
phali suâ voce Stuten
Stuten appellant.

Inde paulatim et qua-
si per gradus inter Schis-
maticos et factiosos hoc
Eucharistiæ Sacramen-
tum vilescere cœpit: nam
eò ventum est, ut com-
municaturi jam non
paterentur in os sibi
panem à Rothmanno
in-

inferri, sed ipsum, quan-
tum vellent, absumerent,
et plena patera se proli-
erent.

Tandem panes albos
in lancem intrinsecus
vinumque superinfun-
dit, ac circumstantes
cultellis aut cochlea-
ribus eaemisse, atque ita
vinum cum pane de-
glutivisse dicuntur.

Quanta haec fuerit
pietas, quanta Salvifici
nominis veneratio omni-
bus bonis viris judica-
dum relinquo.

Eo res denique devenit
ut hoc Sacramentum
non solùm parvi pende-
re,

re, et pro minimo ducere,
sed etiam maledictis et
in Deum contumeliosis ver-
bis incepere et execrari
coeperint, vocantes illud
Baal et Satanam.

Hinc Rotmanum
nus a multis, et ma-
ximè à Philippo Melāch-
tone admonetur, ut se in-
tra limites Augustanæ
confessionis contineret, ne
quid nimium licentiæ
seu propriæ authoritatis
sibi usurparet, ut ipse
in Epistola quâdam o-
thonem Bickmannum
juris Licentiatum scripta
his verbis testatur: Bern-
hardum Mon: soepe ad-
mo-

monui amanter, sed pa-
lam servivit affectibus
plurimis.
Quale et quàm verum
sit Philippi judicium
boni viri noverunt, qui
non solùm omnibus boni
exuti, verùm etiam in
summum vitæ discrimen
Rotmanni causâ coacta
sunt; tali enim animi
morbo laborabat ut quo
magis erroris admone-
retur, eò pertinatius suæ
factioni operam dabat.
Scribit etiam ad eundem
Philippus Melanch-
thon ad Rotmannum
in hæc verba:
Nihil unquam tam ac-
cidit

cidit praeter opinionem
meam, quam accipio te
damnare et prohibere ba-
ptismum puerorum, quod
nemo eruditorum hactenus
fecit, etiamsi alia multa
in controversiam vocata
sint, certè omnes sic sen-
serunt; baptismum pue-
rorum aut concessum
esse, aut etiam necessari-
um. Quare te etiam atque
etiam oro propter Chri-
stum, ut consulas Eccle-
siae tranquillitati, nec
baptismum puerorum
aboleas, nulla enim
causa, cur abolere ne-
cesse sit. Quod cùm ita
sit, quid est consilii, in-
gen-

1064.

gentia scandula, et ma-
ximos motus sine causâ
exerceri. Habes meum
judicium, quod etsi quan-
ti facturus sis, suspicari
possum, tamen volui ad
te perscribere, praesertim
cùm aliis etiam idem
scriberem. Utinam Ger-
hardo possumus commu-
operâ illos locos perpolire
et illustrare, qui Eccle-
siæ necessarii sunt, satis
habemus: ut vides, hosti-
um, his nullum est ju-
cundius spectaculum,
quam nos mutuis
discordiis, veluti cad-
mæos fratres confectos
perire: quidam videntur

hoc

hoc præcipuum habere Stu-
dium, ut flectant ad civi-
les opiniones ea, quæ sunt
in Sacris literis, quod non
solum periculosum est,
sed etiam parum pium.
Quanquam ergò is sum,
qui valde delector absur-
dis opinionibus, tamen
video interdum decipi
callidos homines, qui vo-
lunt Spirituales Senten-
tias in civiles trans-
formare. Hæc Scripsi
ad te optimo Studio, nam
et ego tibi et Ecclesiæ
cupio optimè consultum.
Bene vale.

Scribit quoque Mar-
tinus Lutherus ad
Ma-

1066.

Magistratum hujus urbis in hanc Sententiam

Gratiam et pacem in Christo Domino nostro ac Servatore Viri prudentes et circumspecti! Vobis ex animo gratulamur, Deoque gratias agimus, quod Deus Pater gratiæ vobis amabile verbum Suum et agnitionem Filii Sui Domini nostri Jesu Christi sit clementer infuderit, ac Spiritu Suo vos excitaverit, illustraverit, ut illum cum gaudio et constanter amplectemini, unde vobis non im-

immeritò timemus; cùm
antiquus ille hostis puro
semper verbo insideretur;
ne subdolus spiritus et
mendax vestris coeptis ir-
repat, sicut D. Paulus
Corinthios et Galatas
præmonuit. Proinde
serio vos rogamus, ut
propter recentem Chri-
sti agnitionem et ac-
curatè et cum omni sol-
licitudine vigiletis, vo-
bisque prospiciatis, ne
in Zwinglianorum, alio-
que Sacramentariorum
falsam de Sacramento
doctrinam incauti in-
cidatis. Quanquam
autem Deus ipse talem

doctri-

doctrinam horrendis, supplicijs punivit, in Thoma Monetorio, Silmanno Hessusio, Joanne Huito, Balthasaro Pacimontano, ac tandem in ipso etiam Zwinglio, qui se hostem tam monstrosæ doctrinæ esse declaravit. Sunt tamen quidam Spiritus leves, ac indomiti, qui tales poenas, deique monita contemnentes, sursum, deorsumque cursitant, ac virus suum evomentes, simplices seducunt. Deus quidem vobis, ut audio, illustres Concionatores, maxime D. Bern. Rotmannum donavit, Via, bolica tamen versutica

ratio

ratio est habenda, hoc potis-
simum periculoso tempore,
ut omnes Concionatores ad-
moneantur, et excitentur,
ne dormiant sed vigilent,
et populum sibi concredi-
tum adversus hujusmodi
doctrinæ portenta præ-
muniant. Diabolus in-
veteratus nequam est,
qui pios et doctos Concio-
natores interdum illaqueat,
cujus rei exempla extant
pro' dolor! plurima.
Moneant itaque vos e-
xempla illorum, qui a'
puro Dei verbo ad Zwin-
glianos, Monetarios, vel
ad Anabaptisticos de-
fiverunt, qui ad se-
ditio-

ditiones propensi politicæ
ordinationi semper se
admiscent, eamque te-
merè invadunt, sicut
et Zwinglius ipse fecit,
neque aliter hoc fieri
potest, cùm Diabolus
sit Spiritus mendax
et homicida. Joan: 8:
Qui itaque in menda-
cium incidit, in homi-
cidium tandem incidat
necesse est. Quare si
et Spiritualem et tem-
poralem pacem di-
lexeritis, hujusmodi
Spirituum insidias
fugite, pluribus Ori-
tatibus hæc eadem
consulimus, quid autem
iis

iis, qui consilia nostra
aversati fuerunt, accide-
rit, exploratum satis
est. Quantum vero ad
nos attinet, pericula
et incommoda et corpo-
rum et animarum a-
vertere ex animo optamus.
Deus noster ac Servator
vestram fidem per
purum verbum Suum
ad gloriosum Suum ad-
ventum incontamina-
tam custodiat. Amen.
Wittenbergæ ipso die
Thomæ Apostoli. An-
no 1532.

D. Martinus Lu-
therus manu propria.

Et si hæc Scripta Lutheri
ad

à Senatu atque Tribunis Rotmanno, reliquisque Concionatoribus acri admonitione adhibita proponerentur: ipse tamen nihilo segnius seditiosorum numerum et caussam auget, tuetur atque confirmat.

Hanc autem factiosorum copiam potissimum auxerunt, qui Parentum suorum opibus decocti nihil industriâ suâ sibi requirebant, qui alienis negotiis implicati sua tueri non poterant, qui suis conviviorum largis apparatibus profusis, alienis insidia-

ban-

bantur, qui cùm otium
à primis annis sectari
didicissent, creditorum
tabulis se involvebant;
qui Clero non tam reli-
gionis quàm opum no-
mine insensi, communio-
nem rerum, Apostolo-
rum exemplo, affecta-
bant; qui inopiæ suæ
prætexi direptionem, va-
stationem, atque expi-
lationem Cleri, opulen-
tiorumque Civium me-
ditabantur; qui rejectis
bonis ascribus omnia
sibi impunè licere ar-
bitrabantur, qui alie-
na contemnere, sua
verò magni facere di-
dice-

dicerant. Hanc ubi vulgi
fecem inutilem inobe-
dientiæ concepisset,
et rebellionis calore per
aliquot menses in utero
fovisset, tandem foetum
aspectu horrendum e-
nixa peperit, qui im-
pudicitiæ lacte enutri-
tus indetestabile mon-
strum Anabaptisticum
brevi exercuit; quod to-
tum Imperium Rom:
suo motu ac boatu ter-
ruit.

Ut autem Princeps Or-
dines infinitis dædibus
viam præcluderent, quas
ex novi fastus generati-
one certis conjecturis

emer-

emersuras esse praevident,
itaque magno studio et
sedulitate conceptum
jam foetum supprimere
atque extinguere conten-
dunt, ne in perniciem
et eversionem totius pa-
triæ in lucem prodeat,
adolescatque. Proinde
20: Decembris postridie
Comitia celebraturi Volt-
becam conveniunt, ibique
Monasteriensium lega-
torum adventum et to-
tius Reipubl: respon-
sum solidum: Sicut in
superioribus Comitiis con-
venerat: expectant.
Illi verò ad hunc con-
ventum non Legatos suos:
quan-

quanquam satis maturè
nempe 12. Decembris tu-
tum commeatum accepis-
sent: / sed literas per psylo-
rum ac Joannem Sitt-
torpium 21. Decembris
mittunt in hanc sententiam:

Litera Mon: 21 Decem:

Quod quidem in Superioribus
Comitiis Wolfbecensibus
receperint, se post deli-
berationem publicam
Legatos suos ad horam
8. die Thomæ Apostoli,
quæ est 21: Decembr:
cum plenâ authori-
tate Wolfbecam re-
misuros, qui nomine
totius Reipub. Mon:
deliberata ordinibus
refe-

referant, recenſeantque. Et ſe quidem perlibenter Comitiorum beneplacitis obſequi voluiſſe, verùm inſperati, maximique ponderis et momenti occaſionem intervenisse, quæ legationem illam interduperit. Nihilominus tamen ſe cum ſuis de pacis legibus, et priori reſponſo commutando fideliter egiſſe, ſed à priori diverſum ſe extorquere non potuiſſe. Ab ordinibus itaque flagitare, ne hanc ſuam abſentiam, immutatæque ſententiæ reſponſum indigne ferant,

rant. Coeterum quo omnis controversia tollatur, se petere: Sicut in conventibus semel atque iterum petitum sit: / ut Episcopus hac in causa duos Principes Commissarios utrimque designari patiatur, qui dissidium inter capiant; interceptum inspiciant; inspectum cognoscant: cognitum aequis conditionibus decretive dirimant; utque interea arestum actionesque forenses in cives concessas, et Interdictum de commeatu in urbem non trans-

por-

portando interdicere finat.
Ad hæc Delecti a Clero
primario ac Militari
Ordine, Oppidisque
Minoribus Diœcesis
Monast: Wolfbecã
coacti 21 Decem: re-
sponderunt:
Se non dubitare, quin
ex multis rerum argu-
mentis, indiciis non vanis
ac variis pacis legibus
huic controversiæ inter-
positis satis intellexe-
rint, quàm discordia
inter Principem et
oppidanos exorta di-
spliceret sibi: nihil
enim se aliud unquam
optasse, quàm ut con-
tro-

troversia, semota priſti-
na gratia et benevolen-
tia, in commodum totius
patriæ restituatur.
Quâ in re nullis Studiis,
laboribus atque vigiliis
se pepercisse, neque par-
suros donec controversi-
am interceperint, inter-
ceptam: Deo auspice:/
componant. Quidquid
autem horum à Prin-
cipe /: cujus adventum
expectant:/ impetrave-
rint, se continuò Senatui
significaturos.

Interea multi à vitæ
religionis Viri, Matro-
næque honestissimæ,
cùm Natalis Servatoris
nostri

nostri instaret, ad partici-
pationem S. S. Eucha-
ristiæ jejuniis, eleëmosi-
narum erogationibus, aliis-
que pietatis officiis se se
componebant. Cum in
templis parochialibus,
à noris Concionatoribus
occupatis, non nisi u-
traque Species commu-
nicaturis porrigeretur,
in templo Dominico al-
teram tantum se sum-
pturos decreverunt, ubi
et quatuor Sacellani,
Lambertini et Trans-
pluviani in audiendis
Catholicorum confessio-
nibus occupatissimi
fuêre. Quod dum Sena-

tui

tui innotuisset 23: Decemb.
per Lictores singulos cives
matronasque rogat, ut
se cum suis familiis ma-
xime hoc rerum Statu
ad evitandum Seditionis
periculum à Sacrâ com-
munione abstineant, si-
mulque vetat, ne quis in-
fantes suos in parochi-
alibus templis bapti-
zandos, ad templum Do-
minicum deferri per-
mittat. Huic petitio-
oni atque Edicto paren-
dum.

Eodem die Princeps
Lubbeca veniens Tel-
getum cum equitatu
modiouri ingressus, et
jure-

jurejurando oppidanos
sibi astringens, inaugu-
rationis diem satis so-
lemniter, pro oppidi fa-
cultatibus celebravit.
Sunt autem Lubbeca
et Telgetum oppida, illud
Mindensis, hoc verò Mon-
Diocesis, illud decem, hoc
autem unum milliare
Westphalicum magnum
Monasterio distat, illud
in ripâ Visurgis, hoc
verò Aspasis extructum
est. Hic ubi Diœcesis
Vicarii, reliquique or-
dines et gravioris ætatis
dignitatisque viri, quo-
rum Princeps consiliis
in rebus arduis fami-
liari-

liariter uti consueverat, convenissent, atque Monasteriensium causam sedulò apud Principem egissent, eaque omnia, quæ ad concordiam conciliandam pertinere visa sunt, tentassent; Eodem die Monsō. per literas rogant, ut ad se Legatos suos in diem sequentem, quæ fuit 24. Decembris ad horam 8. matutinam selectum mittere dignentur, primùm ut audiant, quid apud Principem in gratiam civitatis impetraverint, deinde ipsi cum Princ.

cipe

cipe de concordia legibus
agant, se pari non defu-
turos.
Illi vero 24. Dec. rescribit.
Se literas Ordinum, qui-
bus Selgetum vocentur,
accepisse, mentemque eo-
rum legendo intellexisse,
quibus se respondere:
cùm sibi sine Suorum
consensu et authoritate,
nihil publicè agere fas
sit, meritò sibi veniam
dandam esse, cur ab or-
dinibus vocati non ve-
niant. Si autem ad
Superiores urbis literas,
quibus petitum fuit,
ut utrimque contraver-
tentes singulos Princi-
pes

per Commissarios defi-
gnent, quorum arbitrio
res pure decidenda
committatur, ut arestum,
interdictumque de an-
nonâ in urbem non
transportandâ interci-
dant, responsum ef-
flagitare; ad quod con-
silia studiaque sua
conformare possint.
Praeterea se auditione
non vanâ accipere, quos-
dam equites in civium
perniciem vias publi-
cas obsidere, pontes ra-
pindere et commeatum
interdudere, quod mini-
me speraßent, cùm
de pacis conditionibus
etiam

etiam nunc agatur. Quam rem Se Ordinibus ne sint ejus nescii, si- gnificare.

Ad haec Ordines eodem die 24: Decemb: /: quo et Princeps facto prando Jn burgum concesit / referri- bunt. Sed ea Scripta 25: Decembris, hoc est, ipso die Nativitatis Chri- sti Monasterium per Hypparchi ministrum perferuntur:

Quorum exemplum fuit tale:

Quod ad Superiores nostras literas, petitionemque nostram de Legatis ve- stris ad nos Felgetum mitten-

mittendis, respondistis,
vobis sine publicâ au-
thoritate et permissu eos
mittendi fas non esse,
quodque à nobis ad pos-
trema vestra scripta
de duobus Commissariis
Principibus eligendis,
deque aresto et aditu
in urbem interclusо agen-
tia, responsum conten-
distis, ad quod consilia,
studiaque vestra con-
formare posstis, legimus
atque intelleximus.
Et adea respondemus:
Nos Legatorum vestro-
rum adventum ariseè
quidem pacis concilii
andæ causâ expectasse,
neque

neque vos tantillum no-
bis officii derogaturos
fuisse, putavimus, cùm
res potissimùm ad vos per-
tineat. Ejus enim animi
atque propositi fuimus,
ut de prædicta duorum
Principum designatione,
deque aliis omnibus Civi-
tatibus oneribus fami-
liariter cum vestris coram
ageremus, eâ certâ fidu-
ciâ, ut omnis controver-
sia, in duos arbitros
conjecta tolleretur, ùt ut
autem sit, cùm à nobis
ea, quæ apud Principem
in vestrâ causâ per nos
acta sunt, scire deside-
retis. Nos itaque, qui

in

in hac causâ, nisi ve-
stram omniumque no-
strum salutem, commu-
nem, et commodum que-
rimus, nihil vos eorum
celebimus. Apud Pun-
cipem summo conatu
egimus, ut vestris petitis
clementer annueret, et
quamvis ab initio a-
quissimis adductis ra-
tionibus ea negarentur,
tamen non quievimus,
sed improbis precibus
ipsum tandem exora-
vimus, eoque induximus,
ut controversiam, quae
inter ipsum et civitatem
agitatur, in duos Im-
perii Principes, alterum
a

à se, alterum verò à vobis
designandum, decidendam
transfunderet, compromis-
sumque de ea facere pa-
catus sit, atque interea
temporis arestum, litesque
adversus cives coeptæ, ac
Interdictum de annonâ
in urbem non trans-
portanda, eâ conditione
et lege quiescent, ut ce-
remoniæ, templorumque
pristini ritus à vobis
abrogati per idem tem-
pus antiquo de more in
templis celebrentur, con-
cionatoresque à Concio-
nibus, aliisque novati,
onibus sibi temperent,
et captivi, utpote ~~Henri~~
cus

cus, Iberctinct, aliique per vos capti, æquis conditionibus relaxentur, et in pristinum Statum citra ullum incommodum restituantur. Cùm ergo hæc non sine difficultate sint à Principe impetrata, quæ et vestris Scriptis majori ex parte consona esse videntur, neque vobis, civibusque vestris rebus ita stantibus quodcunque incommodi adferre queant: Consulimus proinde atque rogamus, ut omnia hæc ad æquitatis judicium exigatis, penitusque apud vos

vos Civitatis Monsis, to-
tiusque Diœcesis Salutem
expendatis, et in hac re
ita vos geratis, et ad pa-
cem, tranquillitatemque
conservandam exhibeatis,
ut omni controversiâ con-
tentione atque discordiâ
sublatis, perpetua bene-
volentia atque concordia
constabiliatur. Hæc à
vobis pro rerum circum-
stantiâ et necessitudine
nostrâ fieri planè con-
fidimus. Responsum
tum, quid eorum facturi
sitis à vobis per præ-
sentem optamus. Sin
Legatos vestros huc ad
nos miseritis, quod cau-

sæ

sa præsenti non parum
expedire putamus: / libe-
rum, tutumque commea-
tum accedendi, receden-
dique de Principis con-
sensu harum literarum
authoritate addicimus.
Hæc ubi scripta Oppi-
dani accepissent, Tabella-
rium per eum diem calli-
de remorantur, eidem
persuadentes, cum sit
dies Nativitatis Christi,
se ob festi celebritatem
de rebus profanis non
acturos, neque Senatum
plebemque Magistra-
tum ob indytam istius
diei religionem, cui
urbs tota sit intenta,
de

de responso dando, con-
sultandi causâ coire posse,
cum itaque diem præter-
ire sinat. His technis,
fraudis ignarus in urbe
detineretur, et si maximè
futuri mali suspicione
portè ductus urbe egredi
voluisset, minimè tamen
licuisset, omnes enim ur-
bis portæ tam arctâ ci-
vium custodiâ septæ
fuerunt, ut nulli exitus,
omnibus verò ingressus
patuerit. Senatus ta-
men inumbrante vespera
accitis ad se Tribunis
Mechanicorumque Præ-
fectis de rebus futuris
ad horam ferè nonam
con-

consultant, et nocturnam tandem eruptionem decernunt. Quare singuli cives per lictores ad, statim subitò curritantes, ad horam duodecimam noctis in curiâ armati adesse jubentur, unde terribilis horror, quem noctis caligo conduplicat, urbem corripit.

Clerus Secundarius tremere, omnium rerum ignarus, latebras quærere, sibique protinus exercitum parari mutuere, pecuniam petitam non expendisse lugere.

Catholici sibi, opibusque suis

Suis insidias strui putare.
Matrona futura incom-
moda deflere, antiquare-
rigionis interitum time-
re, omnia sinistra, in-
fausta atque exitialia
ominari. Nemo tandem
est extra perditorum homi-
num colluviem, qui non
insignem Reip. motum, do-
mesticum incendium, et
eversionem urbis formidet.
Interea omnis generis
arma, bombardasque
advehendum in quadri-
gis expeditiores, reli-
quaque quae ad hanc
expeditionem pertinere
visa sunt, Senatus
perferri jubet, currus

quoque

quoque aliquot, partim
asseribus, partim scalis
levioribus, partim pulvere
tormentario, globulisque
ferreis implentur. Qui-
dam etiam inanes con-
spiciuntur, unde suspicio,
quid moliantur, facilè
elicitur.
Inde ad horam, locumque
praestitutum subitò con-
cursi, ex omnibus urbis
angulis, alii sclopetis,
alii bombardis, alii
hastis, alii bipennibus,
alii securibus, alii har-
pagonibus, alii vectibus,
alii patis, aliisque ad
expeditionem utilibus
armis instructi, tantâ

copiâ

copiâ conflauunt, ut curia,
forumque vicanum, civium
multitudinem vix caperent,
ex quorum numero Sex-
centi tantùm ad expeditio-
nem Telgeticam deliguntur,
quibus trecenti milites
in præsidium à Senatu
conducti, et aliquot equi-
tes armati adjunguntur,
reliquis tutela urbis in-
terea committitur.
Cæterum cum Diœcesis
ordines, aliique proceres,
quotquot Telgeti aderant,
animadverterent, Monasti-
nihil respondere, sed nun-
cium suum in urbe re-
tinere, portasque tam
arctâ custodiâ muniri,

uti

uti per exploratores acce-
perant: ut nulli pate-
at exitus, neque animum,
consiliumque ipsorum
à quoquam resciri posset,
ipsos aliquid monstri alere,
fraudesque agitare suspi-
cantur. Qui cùm inter
Pelgetum et Monaster:
ad pontem, quo Werfa
fluvius jungitur, venis-
sent, tabulas aliquot
pontis rescindunt, op-
pidanisque transitum
adimunt, ubi verò nullum
hostilem oppidanorum
motum sentirent, neque
quidquam mali perti-
mescerent, acerbi frigo-
ris pertæsi, ad suos redire
parant.

parant.
Monasterienses autē
omnibus ad eruptionem
comparatis, circa horam
3am diei 26. Decembris
micantium Stellarum
lumine viam illustrante
tacitè exeunt, tabulis in
curribus advectis pontis
jacturam sarciunt, in
cujus tutelam aliquot
Statïmarios relinquunt,
ipsi verò in cœptâ expe-
ditione perseverantes, re-
cta Solgetum properant,
exploratoresque equites
insequuntur, neque tamen
ipsos assequuntur, lon-
go enim intervallo jam
præcesserant. Qui cùm
ad

ad amplam campi planitiem, ubi patibulum faci, norsorum terriculum erectum est, venissent, unde longe lateque prospectus patet, respectant, et funiculos ad inflammandas bombardas comparatos in caligine scintillantes prospiciunt, quos ignem fatuum passim saltantem sequique morentem esse existimant, nihil minus, quā hostis adventum sperant, cùm neque rotarum, neque gressitum, neque equorum strepitum ullum ob remotiorem bourum distantiam, propinquorum suorum equorum motum sentiri

sentiant, itaque Segetum
repetentes, quieti se dedunt.

Cæd. Monasterienses
raptim prout arma, im-
pedimentaque ferunt, se-
quuntur, atque in ipso ma-
tutino crepusculo, portas
oppidi adhibitis vectibus
labefactant, labefactas
oppidanis non sentienti-
bus effringunt, totâque
belli mole invadunt, plate-
as omnes ut erant dorti,
occupant. Ibi tum pro-
ceres præter spem et exspe-
ctationem stratis crepti,
incredibili ferocitate cum
omnibus suis ministris
capiuntur, capti vix tem-
pus induendi vestes, cal-

ceosque

ceosque impetrant, mox
prædæ atque rapinæ se se
accingunt, boulos cum
pecuniis, catenas aureas,
amulos tam signatorios,
et gemmatos, quam vul-
gares, digitis Nobilium
detractos, equosque sexa-
ginta et unum diripiunt,
quos ignoti rectores ster-
nunt, frenant, conscen-
dunt, atque in captivo-
rum ludibrium pro libi-
dine sua ad satietatem
usque calcaribus pun-
gunt, cursuque vago
fatigant.

Effugiunt tamen quidā
procerum ut Princ. Al-
lexander Morrien, Fra-
poosi,

positus, Rotgerus Smy-
sinck Scholaster atque
Henricus à Pletten-
berg Canonicus subuculis
tantùm induti, nudis plan-
teis per Amisim lubricâ
concretum glacie, relictis
omnibus, capientium manus.
Capti sunt ex Clero Pri-
mario Dñi Philippus
ab Hoerde Vicedñus
Melchior a Büeren
Cellarius, et Adolphus
de Bolswinge.
Ex Equestri ordine et
primariis Principis
Consiliariis Joannes
Nobilis Baro de Bu-
eren, Gerardus de
Reck Eques auratus,
Ger.

1106.

Gerardus Morrien
hyppparchus, Herma-
nus a Meningersen
et Dnus Joannes Mer-
kel Secanus S. Joan-
nis Osnaburgensis Ar-
chigrammateus.
Ex patriis Civitatis decem
Hermannus Schenckh
Praetor urbanus, Ber-
hardus, Joannes, et
Henricus Nyenwoyn
in Twickhoff, Coer-
winus et Alardus
Droste fratres et Fi-
lii Consulis Coerwini
Franciscus Graël, Jo-
annes Aleick, Wilhel-
mus Clevorn, et Coer-
hardus Buck.

Hos

Hos captivos curribus
ad hoc comparatis impositos
Knopio quodam Tibicine,
in priori unius curruſ
parte ſedente, acriterque
tympanum pulsante,
quaſi magnifico cum
triumpho ipſo die Ste-
phani Protomartiris,
quæ fuit 26. Decembris
circa horam undecimam
antemeridianam Mo-
naſterium invehunt.
Cumque ad forum urbis
ventum eſſet, Kibber-
broot in mediâ factio-
ſorum turbâ exclamat:
Boves jam inſigni-
ter mugire, boäre.
alludens ad arestum, quo
boves

boves civium à Principe
intercepti fuerant.
Hinc Dominum Philip-
pum ab Hoerde plebeo
favore munitum, reliquos-
que militaris ordinis viros
datâ fide more Nobili-
um apud hospites collo-
cant. Patricii verò
omnes per lictores, pu-
blicosque Ministros
in flagitiosorum carce-
res ducuntur, Cellarium
quoque Bodelswingum,
qui favore populari
prorsus destitutos: cùm
intercluſi commeatûs
gotiſsimum authores
fuiſse crederentur: in
carceres mittendos eſse
plebs

plebs voluerat, et certe parum abfuit, quin globo armatorum Septi, cùm è curru descenderent, occisi fuissent, ideoque Senatus ipsos in Curiâ graphiariâ custodiri jubet, donec ille furor plebem paulatim resideat.

Princeps justissimus hanc suorum captivi, tatem ægerrimè ferens, Coloniensi, Ubiensi, ac Geldriensi vicinis Principibus hanc insignem injuriam, præter meritum illatam, per literas 27. Decemb. emissas in hunc modum queritur

Se

Se non dubitare, quin sa-
mâ cognitum habeant,
incolas Civitatis Monast.
contra Christianam Re-
ligionem et ceremonias
templorum catholicas,
contra Ecclesiasticum
et profanum Magistra-
tum, contra Imperii de-
creta, contra Principem
edicta, contra se confir-
matum Suum Principem,
contra multiplices et be-
nignas suas admonitio-
nes, pernitiosos motus
concitasse. Et quan-
quam Clerus Primarius,
reliquique Dioecesis Or-
dines controversiam in-
ter se et urbem reli-
gio-

gionis nomine intercepe-
rint, eásque in oppidulo
Selgeto pacificatoria con-
ventione factâ tollere volu-
erint, Seque Consiliarios
Suos, aliósque viros Nobiles
sedandæ controversiæ cau-
sâ ablegaverit, neque quid-
quam hostile metuerit,
Monast: tamen non in-
dicto bello, tempore noctur-
no Selgetum armata ma-
nu invaserit Joannem
de Hüren Baronem,
~~Joannem~~ Hermannum a Nierozersen,
ac Archtgrammateum
Suum Dnum Philippum
ab Hörde Vicednum
ac Adolphum a Bodel,
Swinge, Gerhardum de
Xeile

Xecte Equitem, et Gerardum
Morrien Hyppparchum
concordiæ conciliandæ
gratia ibi collocatos
apprehendisse, equos et
omnia ornamenta sua
in prædam vertisse, ipsos
cum Ministris urbibus
impositos, in contemptum
et ludibrium suum se-
um in urbem introduxisse,
Et nisi hæc atrox in-
juria consilio et certa-
ratione vindicetur et
grassandi libido corre-
atur, non solum in
hoc, verum etiam cir-
cumpositis Regionibus
exitium metuendum
esse, Se proinde etiam
atque

atque etiam vicinos Prin-
cipes obsecrare, ut in hac
re, quid facto opus sit, ma-
turo consilio expendant,
quâ ratione protervia op-
pidanorum retundatur,
et captivi liberentur, si
vero in eâdem rebellione
perseveraverint, ne se in
necessitatibus deserant.

Deposcit Principâs
ingenti se animi moerore
rebellionem istam Mona-
sterienſium, violentam
irruptionem, et bonorum
virorum captivitatem
accepisse, se tanquam
vicinos Principes et
pacis sequestros contro-
versiam libenter inter-

ceptu-

cepturos, neque unquam vicinum Principem de-
serturos.

Ad quæ Princeps noster
gratiis adis pro officio
oblato respondet: Lan-
gravium dissidium inter-
cepisse, et de pace restitu-
endâ jam agere, Rogat
tamen, ut per literas hoc
agant apud Monasteri-
enses, ne quid incommodi
capitibus accidat.

Ipso die Joannis Evan-
gelistæ, qui fuit 27. Octo-
bris Senatus, Tribuni, Mecha-
nicorumque Præfecti at-
que à Plebe delecti ad
Curiam consultandi
causâ revertuntur. Ibi
tum

tum maximus fit fecis ur-
bana concursus. Plebs
iterum Cellarium, Vol-
uringumque jure in car-
cerem protrahendos esse
damitat, neque ab istis
inconditis vociferationibus
sibi temperat, donec
Georgius Kilianus Pra-
fectus militum urbanorū
cum quibusdam commi-
litibus suis longo bello-
rum usu exercitatis
dictitaret: Jus militare
non admittere, ut viri
nobiles, dignitateque
pollentes, instar plebeo-
rum in carcerem con-
jecti vinculis constrin-
gantur. Quibus

verbis

verbis omnes pudefacti
acquiescunt, datâ ita-
que fide et hi hospiti
committuntur. Cum diu,
multumque in curiâ con-
sultassent, tandem eo-
dem die circa vesperam
patriciis carceribus laxa-
tis, interpositâ quoque
fide ad suas ædes re-
dire permiserunt.

Hinc die 28: Decemb.
Senatus duo è suo or-
dine ~~viros~~ unius publicii
ministri comitatu adjun-
cto, ad hospitia captivo-
rum rogatum ablegat,
ut ad ædes Petri Fri-
sii facto prandio conve-
nire dignentur, quitum
fa-

famosissimum παυσοχεῖον
apparuerat, quo cùm ventum
esset, Deputati à Senatu per,
quàm familiariter cum
ipsis colloquia miscent, mul,
ta interim ad Magistratûs
excusationem adducentes,
quibus plebeo motui ca,
ptivitatem imputandam
esse demonstrant, cui se
quoque interdum ad vitæ
discrimen evitandum parere
cogi. Illi verò se contrà
jus Gentium et militare,
retento fraudulenter in
urbe suo nuncio, vi ca,
ptos, omnibus suis e,
quis, vestibus, pecuniis,
catenis aureis, annulis,
reliquisque ornamentis
ali,

aliquot florenorum aure-
orum millibus æstimatis,
nullo indicto bello, sed
præter expectationem o-
mnium, maximè cùm de
pacis conditionibus u-
trimque ageretur, exutos
atque spoliatos, in curri-
bus avectos, et ad populi
circumfusi satietatem
usque delusos, multipli-
ci ignominia affectos,
indignisque modis ex-
ceptos, et tractatos esse
quærantur. Rogare itaque
Senatum, ut apud suos
efficiat, ne præda ista,
et annuli potissimum
signatorii distrahan-
tur, neque in familiæ

sua

Suæ ludibrium, incommodu
enim irrecuperabile, ex ne-
gligenti forte annulorum
custodia ad posteros sui
generis posse transmitti.
Delecti à Senatu hisca-
ptivorum rationibus ad-
ducti precentur, ut injur-
ia sibi præter meritum
illata, obliviscantur.
plebis, non Magistratus
consilio violentem eru-
ptionem, prædamque
esse factam, suam ope-
ram in recuperandis
his omnibus illi polli-
centur.

Inde de aresto tollen-
do, deque itineribus pu-
blicis recludendis coe-

ptum

ptum est agi, eoque tan-
dem rogando reseft de-
ducta, ut Senatus cum
Tribunis Mechanicorum
Magistris à captivis
literas supplices ad ex-
orandum Principem
exoraret.

Sequitur exemplum literarum Captivorum die 29. Decemb: ad Principem emissum.

Amplissime et Cle-
mentissime Princeps!
per literas Tibi Signifi-
camus, Senatum, Tribu-
nos, Mechanicorumque
præsides urbis Monast:
à nobis scriò, multisque
precibus contendisse, ne
gra-

gravemur, Te Scriptis no-
stris exorare, uti are-
stum, aliáque incommoda
civibus bonisque ipsorum
imposita, dementer in-
tercidere jinas, Securi-
tatem viarum publi-
carum pristinam red-
dere, deque mutuâ con-
troversia compromissum
facere digneris ut futu-
ris malis aditus præ-
cludatur, et occasio
multorum incommodo-
rum maturè subleata
evitetur. Eoirca sup-
plices obsecramus, ut
arestum impiimis re-
bus ita exigentibus,
sine civium detrimen-
tis

tis nostris precibus exora-
tus tollat, viasque publi-
cas reclusas, et tandem
controversiæ decisionem
arbitris utrimque desi-
gnandis committat, ne
in hac causâ inclemen-
tiæ Tuæ contumeliam
civitatis Monasti: per-
niciem atque totius Dio-
cesis incommodum quo-
tidianis incrementis
effervescat. Hæc ergo
in re nomine nostro
clementiæ Tuæ argu-
mentum declara, lorum-
que aliquem precibus
nostris relinque. Tua
nos clementia in prome-
rendo promptissimos

vi-

vicissim reperiet. Respon-
sum per præsentem à
Tuâ Clementiâ expectamus,
quam Omnipotens in Reipub.
protectionem quàm diutiſ-
simè incolumem tueatur.
Ad hæc Princeps 30.
Decembris.
Non dubitamus, quin re-
centi memoriâ infixum
teneatis, quibus de cauſis
cum Monasterienſibus
literis mutuis aliquamdiu
conflictati sumus, nihilq;
aliud quàm illorum, totius-
que Diœceſis Salutem et
incolumitatem quæſive-
rimus. Quibus omnibus
neglectis, maximè cum
de pacis conditionibus
utrim-

utrimque ageretur, nihilq;
hostile metueretur, hanc
insuper recentis captivi-
tatis vestræ contumeliam
præter spem affecti sumus;
proinde difficillimum, mi-
nimeque consultum nobis
fuerit, in majorem con-
temptum nostri arctum
rerum civicarum, et in-
terdictum de interclu so
commeatu publicatum
rescindere. Si tamen
vestris Scriptis nobis
significaveritis: an Mo-
naster: vos, reliquosque
captivos, transactionis
tempore sine ullo incom-
modo, pristinæ libertati,
integritatiq; restituere
velint

velint, Latinus vobis, si postulaverit, quod æquum fuerit, respondebimus. Hoc pro benigno responso habebitote.

Philippus quoque ab Hoerde, Melchior à Bir, eren et Adolphus Hodel swinge Scriptum ad Alexandrum Norrieri Præpositum, Henricum Huerten Decanum, et Lotgerum Hinssinck Scholasticum Ecclesiæ Majoris Monasterii in hanc Sententiam mittunt.

Senatum Monasterii à se postulâsse, ut à Principe aresti adversùs Aves, et bona illorum susceptî,

nec

nec non edicti de comme-
atu in urbem non trans-
portando solutionem im-
petrent. Se itaque rogare,
ut sui, patriæque ratio-
nem habentes, cum Prin-
cipe super hac re serio a-
gant, ne majoribus malis,
unde elabi non possint,
implicentur. Ubi hæc
scripta Principi quoque
oblata fuissent, se capti-
vis ea responsise referi-
bit, quæ hoc rerum statu
non mutanda esse censet.
Interea Consiliarii, qui
Principem tanquam
assidui aulici sequuti fue-
rant, die etiam 29. Decem-
bris ad Senatum urbis

Ordi-

Ordines scribunt: Principem et se auditione minimè vanâ accepisse, oppidanos nocte mediâ, quâ festum Nativitatis Christi et a die Stephani Protomartiris dirimit, bombardis majoribus instructos eruptione factâ armatâ manu Telgetum oppidum invasisse, aliquos precipuos Principis consiliarios, atque Delectos à Clero, Primario, Equestrisque ordinis viros insignes Diocesis Monasteriensis nihil mali suspicantes, cum de concordia legibus utrimque pre-

scriptâ

Scripta agerent: / præter
omnem expectationem
et spem non edicto belli
hostiliter cœpisse, captos-
que in urbem non sine
gravi contumelia raptim
transtulisse; causam
verò, quæ ipsos ad hanc
viam impulerit, neque
Principem, neque se
invenire posse, si tamen
ullam à Consiliariis
jam captis injuriam
unquam accepisset, eam
ipsos facilè Principis
authoritate aut depre-
cari, aut jure vindicare
potuisse. Principis
proinde nomine se
Monses familiariter
ad-

admonere, simulque ab
ipsis eflagitare, ut futuri
commodi hinc sortè e-
rupturi memores, capti-
vos sine ullâ injuriâ re-
laxatos pristinæ liber-
tati restituant. Et si
quidquam adversus ipsos
habeant, jure agant,
Principem justioris cau-
sæ patrocinium scrio
susceperum. Sin illud
à Monasterienfibus
quod neutiquam sperent,
bonâ pace impetrare
nequeant, Principem,
reliquosque militaris
ordinis, quorum jam
quis præter meritum
intolerabili contumeliâ
affe-

affectus captivitatis fœcu-
litate detinetur, suorum
amicorum consilium, opem,
præsidiumque sine dubio
imploraturos, rationem
liberationis inituros, quod
sine dade: uti expendere
queant: effici non possit.
Quanquam autem non
dubitent, quin Non-
hæc incommoda, et toti-
us Diœcesis, patriæque
altius examinaturi, mo-
nitisque non tam bene-
volis, quàm salutaribus
locum daturi sint, re-
sponsum tamen per
præsentem se poscere.
Hæc se oppidanos Prin-
cipis quoque nomine
scire

scire velle.

Hac felici eruptione. Non
tantæ sibi timoris opinio-
nem pepererunt, ut nemo
in propinquioribus urbis
locis, quamtumuis muni-
tis se tutum esse confide-
ret, Ea tamen captivitate
omnium fere tam Evan-
gelicorum quàm Catholi-
corum Principum, Nobi-
lium, Procerumque invi-
diam in se provocabant,
unde creberrima literæ à
diversis Principibus
et Evangelicis Comitibus
ac Nobilibus Ruscaricæ
tum temporis Comitia
celebrantibus, à Philip-
po Melanchtone, aliisque
viris

viris doctis mittantur, quibus ipsorum vis damnatur, et ipsi ad obedientiam familiariter admonentur. Illi verò varia in excusationem facti adferentes, longè aliter, quàm res gesta fuit, imò amplam ad vim exercendam occasionem datam esse, singulis rescribunt.

Primum itaque Lamo, gravius 29. Decembr. in hanc sententiam scribit:

Cum viros Equestris ordinis et officii sibi devinctos experiri, se efflagitare, ne quid durius in ipsos

ipsos decernatur, unde vel
ipsorum corpora vel
bona vel existimatio la-
befactetur, atque infirme-
tur, se propediem consi-
liarios suos, ut jam du-
dum recoperit missurum,
qui controversiam inter-
cipiant, intercoeptam com-
ponant, se itaque oppi-
danos monere, ut tan-
quam Evangelii amato-
res pacem et tranquilli-
tatem pluris faciant,
quam bellum et san-
guinis effusionem, se
non dubitare Episcopum
ejusdem fore animi.
Respond: Oppidani 2ª
Januarii anno
1533.

Sk

Sc Landgravio pro Studio
et molestiâ nomine Reipub.
Non susceptâ gratiâs
quàm maximas agere,
Quantùm verò ad captivos
pertineat, quos non levi
de causâ, sed Summâ ne-
cessitate adacti, cùm are-
stis et interceptionibus
civilium bonorum edicti
intolerabilibus, litibus
insuetis, interdictis de
commeatu in urbem
transportando præme-
rentur, apprehenderint,
et in urbem captos trans-
tulerint, nec in squali-
dos carceres detruserint,
sed in illustriora hospitia
concedere permiserint,

Se

se non aliter ipsos habi-
turos, quàm pro persona-
rum dignitate deceat,
Corro se orare, ne hanc
captivitatem necessariam
aegrè ferat, neve pristi-
num favorem à se ali-
enet, sed animi benevolen-
tiâ, quâ erga Evangelium
affectus sit, causam suam
apud Episcopum agat.
Scribuntur et Scripta
à Januarii ab Her-
manno Archi-Epis Co-
lonienſi ad Senatum,
plebemque Magi-
stratum in hanc Sen-
tentiam:
Scâ fide dignis Viris ac-
cepisse, Diœcesis Monast.
ordi-

1136.

Ordines controversiæ com-
ponendæ causa, q. quæ
inter Episcopum et urbem
gliscerent, Selgeti comitia
indixisse, ad quæ cùm
Senatus similis pacis
amplexendæ amore suos
quoque Legatos mitteret,
ipsum armatos cives et
conductos milites in ex-
peditionem duxisse, qui
postea Natalitiorum
festi nocte oppidum in-
vaserint, ac manu mi-
litari aliquot ex Clero
Primario, magnumque
Consiliariorum Episcopi
numerum ibi pacis cau-
sa præter spem ceperint,
captos curribus ad hoc
com-

comparatis imposuerint,
impositosque in urbem
transtulerãint, oppidano-
rum verò Legatis datâ
fide publicâ ad suos
redire permiserint. Hæc
omnia Se tanquam Me-
tropolitanum et vicino-
tatis jure Monasterien-
sibus addictum magno
cum dolore accepisse,
Se itaque suos admonere,
ut Superiorum suarum
literarum memores, nihil
tale committant, quo
se suosque calamitatum
et ineluctabile exitium
præcipites agant. Bæ-
terea ãm intelligat
nobilem Joannem Ba-
no-

ronem a Bueren, Ger-
mannum a Mengersen
ac Gerardum de Keke
equitem inter captivos
esse, qui sint sibi a con-
siliis, nec se ipsos alio
quam pacis studio ad
comitia predicta con-
fluxisse arbitrari, se
proinde postulare, ut
ipsos sine noxa et in-
commodo relaxent, et
alios ita tractent, ne
odium, invidiam, aut
malam saltem grati-
am apud plerosque Prin-
cipes et populos sibi
cumulent.
Ad hec Senatus 6:
Januarii:

sibi

sibi de Comitiis contro-
versiæ placandæ causa
Selgeti indictis nihil quid-
quam constare, neque se
Legatus eò missurum re-
cepisse. Sed ut rem om-
nem intelligat, quam
etiam superioribus liter-
consilii et præsidii peten-
di gratiâ ad ipsum mis-
sis comprehenderit, fuit
quendam sacellanum
Templi Mauritiani in
prospectu urbis sibi
Bernhardum Rotman-
num nomine, verbum
Dei ibidem aliquamdiu
domisse, plebemque
suis concionibus ad
se pertraxisse. Deinde

hunc

hunc Lotmannum per
Theodoricum a Mervel
Wolbecensem Satrapam
in urbem Monast: accitum,
et cùm sibi metueret,
urbis libertate fretum,
in eâ mansisse, verbumq;
Dei domuisse. Item Epi-
scopum sibi per litera, ut
desertò isto Concionatore
coremonias, per ipsum,
suosque Collegas et Juri-
stis et vrivâ voce abroga-
tos in pristinum statum
revocaret. Se verò è di-
verso jus publicum et
privatum imploraße,
Principemque rogaße,
ut causam hanc æquis
arbitris, qui neutri parte
sint

sint addicti, dirimendam
committat, et Concionā
torum articuli in vulgus
sparsi diluantur. Verum
se haec à Principe im-
petrare non potuisse. In-
terea Cæsaream Maje-
statem, edito poenali
3. Augusti die prioris
anni Ratisbonæ edito,
ac Monast. publicato
præcepisse ne quis causa
fidei et religionis op-
pugnetur, aut ullo in
commodo à quoquam
afficiatur. Sed his o-
mnibus neglectis, Prin-
cipis Satrapas et Præ-
fectos, quorundam civi-
um suorum boves, aliaque
bona

bona, imo ipsos cives arestis
et injustis direptionibus
intercepisse; externis atque
peregrinis judiciis præ-
ter morem antiquum
apprehensisse: armatis
equitibus vias publi-
cas obsedisse: commeatu
oppidanis interclusisse:
reditus et pensiones civi-
bus dari vetuisse, ali-
isque asperioribus in-
commodis cives concus-
sisse: hac tandem vexa-
tione plebem impatien-
tiorem redditam Selge-
tum oppidum invasisse,
et cum aliorum oppi-
dorum Legatos non re-
perisset, ibique repertos

cepisse

cepisse, captoque secum
in urbem transtulisse,
ubi etiamnum data
fide in publicis hospi-
tiis non aliter, quam
pro personarum dignitate
deceat, detineantur.
Cum Dioecesis ordines se
nuis controversiae com-
ponendae immiscuerint,
se semper optasse, ut
ratione privilegii et con-
suetudinis habita ho-
egissent, ne sibi ad rem
exercendam ampla oc-
casio data fuisset. Ut
ut autem sit, postquam
Illustris Princeps Hasiae
concordiae conciliandae
causa suos consiliarios
pro-

propediem Monast. mis-
surus sit, se hoc cum
captivis acturum, quod
æquitas postulaverit. Hæc
pro benigno responso
habeat, causamque
pacis apud Principem
suum agant, precatur.
Fredericus a Twist
Aulæ Episcopalis Dispen-
sator, Godefridum Harme
Cordicum a Lanstein, Con-
radum Hartgüsen, Conra-
dum Speigel Westpha-
rum ac Veermundorum
familias alios que Joanni
a Zürer Baroni, ac
Hermanno Neengersen
captivis sanguine junctos
29. Decembris per literas
exci-

excitat, ut sine morâ, Prin-
cipibus, Comitibus, ac
Nobilibus Smalcadici
foederis Auxaria Comi-
tia habentibus, violen-
tam Suorum Sangui-
neorum captivitatem
queratur, atque ab iis-
dem Scripta ad Senatum
Monast: pro liberatione
Joannis à Syrerer
et Hermanni Krenger-
ser impetrant.
Hi verò non segniter
in Supradictis Comitiis
Auxarianis per Legatos
captivorum causam
agunt.
Adsertur igitur Scri-
ptum undecimum Comitum,

ac

ac omnium Nobilium
in Comitiis Huxarien-
sibus collectorum 10.
Januarii Huxaria
emissum in hanc Sen-
tentiam:
Narrando accepimus,
vos ipso die Stephani
in crepusculo matutino
Felgetum oppidum Dio-
cesis Monsis invasisse,
ac Principis vestri Con-
siliarios et potissimùm
Nobilem Joannem à
Buren et Hermanum
à Mengersen cepisse,
captosque in urbem ve-
stram traduxisse, ibi-
demque ipsos apud hospi-
tes collocasse. Cùm

autem

autem hanc vim vestram
consilii saniores plane ex-
pertam altius expendisse-
mus, et quam tandem da-
dem urbs etiam tacite asser-
tionibus vestra Reipubl:
hanc secum adfatura sit,
accuratè revolvissemus,
eam adversus tales viros
non fuisse, à vobis susce-
ptam optavimus. Si enim
resfuit vobis contra Epis-
copum vestrum, alio eam
modo vos instituere de-
cuisset, Verùm ut ut sit,
cum nobilis Baro de
Bueren ac Hermannus
à Mengersen, partim
officiorum, partim san-
guinis ratione nobis de-

vincti

vincti sint, vobis æstimandum relinquimus, quo animo hanc captivitatem feramus. Rogamus itaque ut omnes captivos, vel si id vobis non expedit, saltem Nobilem à Bueren, ac Hermannum Menger, sen sine ullo incommodo captivitate, qua à vobis constricti sunt, laxetis. Si vero illud vobis obesse putabitis, more militari, data fide, ad arbitrium vestrum redeundi dimittantur. Si autem hæc nostra Scripta apud vos nihil ponderis /: quod non speramus :/ sint habitura, ac neutrum

a

a vobis simus impetraturi, scitote nos rationes inituros, quibus vestra servitute exi-mantur. Si interea ipsis ex hac vestra detentione, ali-quid incommodi acciderit, quæ odia, quæve calami-tatis incendia vobis, vestræ, que Reipubl: excitaturi sitis, altius vobis cogitan-dum relinquimus, à quibus tamen vos alienos esse cupi-mus.

Ad hæc Senatus ea-dem propemodum, quæ su-peribus Scriptis Archi-episcopo, respondet. Sed ob evangelicam veritatem su-sceptam miseris modis, se ab Episcopo affligi, præmi,

imo

imo conculcari propemodum
queritur. Se autem quidvis
pauis gratiâ facturum, si
saltem evangelica doctrina
sibi maneat salva, polli-
cetur.

Smacaldici quoque
foederis consociatio Bun-
cyem nostrum per scripta
7: Januarii Huscovia e-
missa admonet, ut ipse Bu-
rennium ac Menger seni-
um negotiorum suorum
gestores, quocunque mo-
do possit, liberet. Si enim
illud minimè factum fu-
erit, Epis copum per se
expendere posse, adversus
quem utriusque cognatio
actura sit.

A

Adqua Princeps M. Lan-
Landgravium, Legatos
et Consiliarios pacis concili-
andæ causâ Monast: mi-
sisse, se etiam cum juris
sui dispendio et jactura
operam daturum, ut rela-
xentur. Si verò illud per-
fractorum Monast: culpâ
non licuerit, se tamen suis
viribus, aliorumque ami-
corum præsidio id effecturum,
quod necessitas in hac
causâ postulare videbitur,
Reliquorum Scripta pruden-
prætereo, ne nauseam pro-
lixitas legenti pareat.
Die 30: Decemb: circa
horam quartam matu-
tinum horrendus in urbe
par-

partim extrà urbem, aiu-
ditur strepitus, quo vigiles
vehementer perculsi, hostem
intra muros grassari sunt
opinati. Itaque campa-
nam pulsant, quà nunquam nisi
incendio, aut motu publico
ictuntur, sine intermissione
pulsant, quo stridore ter-
rifico urbs tota raptim
ad arma concitatur, ubi
vero paulatim oppidani
se nullo hoste, sed rano
metu præmi sentirent,
post multa bombardo-
rum tonitrua, quibus urbs
contremiscit, circa horam
septimam digrediuntur,
atque ita motus omnis
resedit. Futuri tamen

mali

mali præsagium hoc esse plerique non dubitabant. Ideoque ut se adversus futuros motus præmunirent die 31 Decembris à singulis oppidis Duces, e[t] decem armatos in tutelam urbis sibi mitti per literas petiint, Sed cùm oppida Monasteriensium factionem vesanam & ut omnes boni & formidarent, neque responsum, neque armati impetrantur.

Porro ad Superiores Consiliariorum literas Senatus 31. Decemb: in hunc modum respondent:

Scri-

Scripta vestra de captivis
nuper ipso die S. Stepha-
ni protomartiris Telgeti
comprehensis mentio-
nem scientia legimus,
ac Tribunis, Mechanico-
rum præfidibus, et a
plebe delectibus, quorum
interest, proposuimus,
proinde ita se non ha-
bere respondemus.
Quidam Concionatores,
qui aliquandiu verbum
Dei in nostram urbem po-
pulo annunciaverunt, do-
ctrinæ suæ professionem
et veterum cæremonia-
rum abrogationem, quas
impias esse arbitrati
sunt, in cæteros articu-
los

los contraxerunt, Clerógue
Monast: aut veritate
sacrarum literarum con-
vincendos, aut judicio
suo approbandos obtu-
serunt, se enim erroris
convictos à recte sentien-
tibus erudiri non pudere,
quod cum Cleri contemptu
negligeretur, plebs non
solùm Concionatorum
doctrinam sectatur et
amplectitur, verùm etiam
ea tanquam veritati con-
sona adversùs Clerum
animatur, hinc æremo-
niæ intercidérunt, et
quanquam Majestas
Cæsarea tertio Augusti
Ratisbonæ mandatum
seu

seu edictum publicarerit,
quo in causâ sibi et reli-
gioni: qualis hæc est:
vim nullam fieri vetuit,
donec vel Consilio genera-
li vel Comitiis Principum
Imperii aliquid certi sta-
tuatur; tamen adversùs
tale edictum civium no-
strorum bona, aliáque
bona per Principis pro-
fectos arestro intercepta
fuerunt, editis insuper
rigidioribus cautum fu-
it, ne reditus, proventúsq;
annui civibus à quo-
quam solverentur, neque
quidquam commeatus
in urbem transporta-
retur, nisi quoque pu-

blice

blicæ per pedites, equitesque
indies obsepta tenebantur,
quod et superioribus die-
bus hisce proximis cùm
de concordia p: uti spera-
bamus: / utrimque agere-
tur, commeatus interci-
piendi causa factum
esse cognovimus, unde ii ve-
xacerbati insperatam
hujus captivitatis occa-
sionem amplexi sunt,
optamus autem, ut
Diœcesis ordines, quorum
judicio et censura cau-
sam nostram aliquoties
subjecimus, cum se qui-
dem pio affectu, dissidio
huic immiscuerint, illud-
que interceperint, ita com-

po-

posuissent, ne hæc, ma-
jorque calamitas un-
quam metuenda fuisset,
sed ut ut sit, cùm nihil
aliud, quàm quod ration-
juri et æquitati consen-
taneum sit, velimus, fa-
miliariter à vobis petimus,
Principem exoretis, ut
crebris precibus nostris tan-
dem mitigatus, hanc con-
troversiam cum omnibus
suis circumstantiis ad
incorruptum arbitrum deferri
jubeat, aresti incommo-
dum, reliquaque inter-
dicta tollat, itinera pu-
blica jure gentium, cui
~~jus~~ excludat, atque sine
metu et periculo, ultrò
citroq;

citroque commeandi liber-
tatem quibusvis permittat,
quidquid post justum dece-
tum æquum fuerit visum,
libenter amplectemur. Quid
autem horum per vos à Prin-
cipe impetrari possit, nobis
per literas significari cu-
pimus. Hæc non solùm no-
stro, verum etiam Subauno-
rum, Præfectorumque
Mechanicorum, ac omni-
um urbis ordinum nomine
respondemus.

Ad ista Senatus Scri-
pta Consiliarii Princi-
pis 4 Januar: rescribūt:
Se ex literis 31. Decembris
transmissis, oppidanorum
sententiam accepisse, quam

hoc

hoc tempore in suâ existi-
matione et authoritate re-
linquant: postulata tamen
ipsorum ad Principem
retulisse. Verùm nihil ali-
ud pro responso consequi
posse, quàm quod superio-
ribus diebus suis Consili-
ariis, aliisque sibi ad-
dictis familiaribus nunc
in urbem Mons. captivi-
tate detentis responderint,
quod priusque illi scribant,
mutandum non esse cen-
seant, ut autem futura
calamitas maturè evite-
tur, se rogare, suadere,
et fideliter oppidanos
monere: sicut et superio-
ribus suis literis fecerint: ut

capti-

captivos sine ullo incom-
modo in pristinam liber-
tatem restituant, hinc
sine dubio futurum esse,
ut Princeps hac submissi-
one mitigatus, oppidano-
rum postulatis locum re-
linquat, Le quidem, si quid
apud Principem patris
causa consulendo efficere
queant, nullos labores
in gratiam civium subter-
fugiturus, atque hæc pro
benigno responso capiant.
Cum Senatus hæc incon-
sulta Nobilitatis captivi-
tate se in laberinthum
quendam negotiorum
præcipitasset, doctorum
et prudentium consilio

egere

egere animadvertit, subito itaque literis Wickizum d. die Januarii ad se vocat, cujus consilio et sacun- dia in hac re turbata utatur.

Dum haec ita aguntur, oppidanorum alii obsi- dionem metuentes, urbis munitionibus intenti sunt, alii hostilibus, cui actio- nibus, crebrisque erupti- onibus se oblectant, alii immoderatis rapinis in- dulgent, atque in proxi- mos quosque grassantur, alii ignotionibus eruptis, pas- sim sepibus, resectisque arboribus et sentibus dant operam, et maxime

ista

ista ædificia, sepimenta, taque, quæ urbi proxima prospectum in campos circumquaque adimunt, cum ea sint hostium latibula nullâ dominii ratione habitâ resecin-
dunt.

Hinc Senatus funestro capitis supplicio negligentibus præposito edicto præcipit, ut quisque spolia in expeditione Sel-
getica captivis ablata restituat, quo cives, qui se ditatos spe existimabant, vehementer territi, rapinam pene omnem i. e. 3. die Januarii Se-
natui reddunt, Milites autem

autem civitatis stipendio
conducti, prædam ab ho-
stibus manu militari
direptam non reddendam,
sed jure et consuetudine
castrensi retinendam esse
contendunt, tamen cùm
certo pretio operam suam
urbi locâssent, neque
manifesti hostes, quos
spoliaverant, declara-
ti fuissent, et senatus sin-
gulis tres florenos hor-
nenses supra additum sti-
pendium gratuito do-
nâsset, manubias omnes
senatui restituunt.

Tertio die Januarii
Hermannus a Men-
gersen captivus à Senatu,
atque

atque Tribunis rogatus, ut
data fide redeundi ad Trin-
cipem pacis conciliandæ
gratiâ, apud quem mul-
tum authoritate pollebat,
iter faceret eoque Trin-
cipem adduceret, ut com-
promissum faciat, alio-
qui captivos et totum Ae-
quum ob dissolutæ plebis
intemperantiam maxi-
mo periculo atque extre-
mo discrimine subjacere.
Qui cum legationem illam
nomine urbis non invitus
suscepisset: erat enim
vir pacis addictus, et ex
multis rerum argumen-
tis satis liquet: Protin-
nus in curru senatorio

ad-

1166.

adjunctis Joanne Schutto
pro civitatis accenso, et
uno suo ministro eâ lege
avectus Berver gernam
ad Principem, ut non di-
utius, quàm ad septimum
diem Januarii reditum
suum differat, se enim
tumultuantem plebem
diutius cœrcere non posse.
Januarii interea fuêre mo-
tus in urbe, nam cùm
fama crebesceret, Prin-
cipem cum aliquot milli-
bus armatorum Mau-
ritiani Collegii extra
muros mittionem capa-
turum, eumque locum
in pernitiem civilis li-
bertatis pro castris ha-
bi-

biturum, oppidani 4. Janu-
arii apud senatum constan-
ter agant, ut sibi templum
Mauritianum cum o-
mnibus adificiis diruendi,
destruendi, soloque ae-
quandi facultas permitta-
tur, atque sic commodi-
tatem castrorum hostibus
adimant, servitutemque
civium imminentem, quan-
tùm fieri potest, maturè
avertant. Senatus autem
cum altiùs expendens, nemi-
ni suum auferendum, ne-
minemque sine legibus
approbata causa in suo
jure turbandum, atrocem
injuriam et manifestum
belli occasionem fugien-
dam

dam esse suadet. Illi verò pertinaciùs instant, de libertate civium atque salute totius civitatis agi, publicam utilitatem meritò privatæ anteponendam, aliunde damnum et ruinam posse sarciri. Senatus inter malleum et incudem hæret, ad vitandum vehementiorem motum plebeo furori aliquid saltem permittendum esse putavit, ne dum vigilioribus retinaculis constringantur, omne imperium cum obedientiâ excutiat. proinde invitus quidem oppidanis permittit, ut sepes, arbo-

res

ret, aliaque prospectui ob-
futura resecent, dum sibi
a templo, aedificiisque ad
aditum ettermanni a
Mengersen temperent.
Atque illi dum digitum
transversum sibi concessum
habeant, palam excedunt.
Indeque die sequenti, qui
fuit 5. Januarii dies que
Dominica, circa horam 3tiam
noctis sonante tuba, ita
uti erant edocti, ad forum
conveniunt, alii palis, alii
harpagonibus, alii secu-
ribus, alii malleis, alii
stigonibus, alii vectibus,
alii sacculis satis capa-
cibus, alii bombardis, alii
hastis, alii venabulis,
alii

alii bipennibus, contisque armati coeunt, nec dee-
sunt equites, plaustraque
oneraria, si forte in pre-
dam invidisset. Itaque
omnibus, qua vel ad dimi-
candum cum hostibus, vel
ad diruendum, diripien-
dumque templa, domosque
pertinebant, comparatis
eo animo exeunt, ut to-
tum Mauritianorum
collegium igni, ferro,
venenisque populentur,
devastent, solaque exe-
quent: praecipua tamen
seditionis capita, cum
flagitiosorum fere for-
tida, ad vocandum
interim senatum, clerum-
que

que in urbe relinquuntur.
Primum itaque tem-
plum atque porticum Mau-
ritianum ingressi non
precandi, sed perdendi cau-
sa, ornamentaque omnia
quæ passim in propatulo
posita erant, auferunt, quæ
vero conclusa latitabant,
repositoriis effractis eruunt,
longoque situ, et squallore
liberant. Altaria chima-
gines non venerantur, sed
violant, tabulas pictas
et statuas patrio marmori
incisas non admirantur,
sed demoliuntur et fran-
gunt. Organa non digi-
tis musicorum, sed mallei
et securibus fabrorum
cer-

cerdotumque pulsata, non
jam harmonicum, sed in-
gratum auribus sonum
edunt, festiuitates templi,
porticusque perstrepant, quī-
bus stramina, ligna que
alternatim subjiciunt,
unde flamma facilius in
tectum evolent, dum his
laboribus intenti se se jacti-
gant, subitus rumor ad
totam multitudinem per-
fertur. Principis equita-
tum in trajectu Versa
fluminis latitare, bom-
bardigerorumque pluri-
morum, aliorumque
peditum in pagis oppi-
danorum eruptionem
reprimendam passim a

Brin-

principe collocatorum
adventum præstolare, hujus
rei fidem faciunt aliquot
equites, passim in locis ad-
tioribus pabulantes, quos
cum citò prospiciunt, ex-
ploratores ab equitatu e-
missos esse certò sibi per-
suadent. Proinde nihil
jam de veritate allati
rumoris dubitant, sed ne
incauti circumveniantur,
trepidare incipiunt, se-
gnius ilaque, quàm ceteri
rant, perficiunt.
Interea litteræ Her-
manni à Mengersen ad
senatum perferuntur,
quibus se da, quæ ad
civium libertatem, pa-

cemque publicam perti-
nent, à Principe impe-
trâsse scribit.
Vix non potest, quanta
latitiâ Senatus, lectis his
literis affectus sit.
Quare per civem, celerrimo
insidentem equo, grassato-
resisto subito in urbem re-
vocat, omnia esse salva in-
vitat, ideo à templis, ædi-
ficiisque se abstineant.
Illi partim metu, par-
tim gaudio permoti re
infecta revertuntur, non
dubium est, quin incen-
dium illud templi et ædi-
ficiorum, conceptâmque
eodem Omnipotens represe-
rit, ac impediverit.

Sexto

Sexto Januar: Her-
mannus à Mengersen re-
versus, benignè à Senatu
excipitur, cùm liberam
ultrò citroque commeandi
facultatem, arresto, omnique
incommodo civili propter
concordiæ expectationem
suspenso à Suitpe im-
petrâsset. Quod alioqui
nullis scriptis, nullisque
aliorum supplicationibus
impetrari potuerat.
Dum hæc aguntur Joannes
à Wieck Doctor eximio lin-
guæ beneficio et singulari
facundiâ præditus, qui
Bremensibus uberioris sa-
larii consequendi gratiâ
valedicens Monasterienses,

bus

bus suam operam addixe-
rat, apud Philippum Hes-
sorum Principem causam
Senatûs Monasterien sis ex
sicè agit, eoque ipsum in-
duxit, ut se in gratiam
civitatis flagrans contro-
versiæ incendium inter-
cepturum, interceptum s:
si quo modo fieri posset :/,
extincturum, concordiamq;
pristinam utrimque con-
ciliaturum receperit. Quod
etiam se facturum ante
menses aliquot, sponte
suâ per literas promisit,
pacificatoriam itaque
legationem Monaste-
rium mittit, in quâ viri
et eruditione et authori-

tate

tate excellente, fuere: Jacobus a Laubenheim, Joannes Fischer, U: Doctor ac Georgius Rusticter. Licentiatus ac Archigrammateus.

Qui cum 7. Januarii fide publica, tutoque commeatu, tam a Senatu, quam Episcopo muniti, turbatas res componendi gratia Monasterium venissent, conviviisque magnificis, satisque sumptuosis, nunc a Senatu, nunc a Knipperdollingo, ac aliis quibusdam civibus favoris consiliandi gratia excepti fuissent, mox de pacis conditionibus

bus variis modis à Lega-
tis cœptum est agi.
Ernestus Dux Lune-
burgicus vir pacificus
per Scripta nostrum Prin-
cipem 31 Januarii ro-
gat, ne Hospicorum Le-
gatorum adventum æge
ferat, sed ipsis in gra-
tiam publicæ concordiæ
benignas aures suas ac-
commodet, ipsos enim
æquis conditionibus
et candide quidem de
pace utrimque acturos,
Idem petit Landgra-
vius.
Princeps noster annuit.
Ser. Monast. cum orato-
rem alium præter Wicki-
um

um non haberent, cujusdam ventum exspectabant, rem aggredi differunt et protrahunt, causámque moræ inveniunt: nam apud Legatos queruntur, in ipsis induciis, et maximè cùm de pace utrimque agatur, milites ab Episcopo inauctoratos propius pagatim ad urbem accedere, ibi in agricolas et servos civium pariter impetum facere, et pro suâ libidine grassari, quæ res non solùm hostilem, verùm etiam ab omni benevolentiâ et pace animum Episcopi alienum declarat. Se itaque rogare, ut

1180.

ut inducie, si nondum publica sint, per totam Diœcesim publicentur, ut ab omni metu utrimque liberè de pace serio agatur. Hæc ubi Legatio pacificatoria Landgravii Episcopo significaßet, continuo 14. Januarii rescripsit: se pridie ejusdie præfectis militum Spurgum convocatis, edixisse, cum milites, quorum duces sint agricolas passim in Diœcesi suis bonis non reddito precio exeant, ut sacramenti militaris memores, sibi ab omni vi et injuria temperent. Ad quid re-

responderunt: neque se,
neque aliquem suorum
mihilum ulli vim, aut in-
juriam intulisse, sed ge-
garios milites passim per
Diœcesin palantes, mili-
tiámq; preerentes, ejus facti
authores esse. Se protinus
pulsatis tympanis per
castra sua denunciaturos,
ut hi protinus Diœcesi ex-
cedant. Ne igitur agricolæ
justam querendi occasio
nem habeant, et disci-
plina militaris auroti
gregarius acrius rigeat,
ac Mon: metu liberen-
tur, se suos milites in op-
pida imposituros. Co-
stremo se per totam Dioe-
cesim

cessim induciæ 9. Januarii publicasse, ac satrapis, omnibusque Præfectis serio præcepisse, ne quis eorum adversus incolas civitatis Monast. quicquam incommodi moliatur.

Cum Episcopus animadverteret, Monast: his, similibusque interjectis causis provocationi calliđe quærere, de pace dubitare cæpit. Ideoque ut se aliorum Principum auxiliis muniret, si forte pacis lex non relinqueretur, Semmonem ab Hörde, Virum Nobilem, et Aulæ Episco-

Episcopalis Hyppariensium
ad Archiepiscopi Colonien-
sis, Suaisque Civensis
consiliarios Novosy 19: Ja-
nuarii monetæ gratiâ col-
lectos, cum literis suis ab-
legat, quibus rogat, ut Hoor-
denum patienter et benignè
audiant, et non minus illi
hac vice credant, quàm sibi
ipsi. Ad quorum alloqui-
um cùm admissus esset, Le-
gationem hoc modo obivit.

Postquam Franciscus
cus Diœcesium Monast.
et Osnab: confirmatus, et
Ecclesiæ Mind. Adminis-
tor divinâ dispensatione
ad Monast: Diœcesis gu-
bernacula postulatus
esset,

esset, et sibi non solùm
publicâ famâ, verùm et-
iam certissimis fide digno-
rum hominum inditiis con-
staret, quòd aliquot ignoti,
leves Concionatores in ur-
bem Monast: irrepserint,
et plebem libertatis avi-
dam suis concionibus ad
se allexerint, atque per-
traxerint, cujus favore,
consilio præsidio freti
sine ordinarii Magistra-
tûs scitu atque permissu,
imò propriâ authoritate
in templa parochialia
se ingesserint, pastores et
animarum curam ge-
rentes amoverint, atque
protibidine suâ in tem-

plis

plis parochialibus nova
erronea et christianæ re-
ligioni contraria impu-
denter docuerint, Sacra-
mentum corporis et san-
guinis Christi contempse-
rint, opiniones impias
ad excitandam rebellionem,
invidiam et odium tam
in civile, quàm Eccle-
asticum Magistratum
in plebem imperitam
sparserint, et præter hæc
omnes pias, honestas, et
per multa sæcula usu
confirmatas cæremonias,
Ecclesiæ catholicæ lau-
dabiles consuetudines,
tranquillitatem, pacem,
et obedientiam in Cæsarei

decreti

decreti contemptum et Ma-
gistratûs sui ludibrium
conturbaverint, atque ex-
asperint; Principes talem
vim, rebellionem et seditio-
sum schisma aegerrimè
tulit, proinde et Caesareis
jussis parere volens, et more
boni Principis suorum
salutem, tranquillitatem
et solicitatem ex animo
quaerens ad conservandā
pacem publicam et
christianam concordiam
Monasterienses saepe fa-
miliariter per literas
monuit, petivitque, ut
coeptam seditionem, im-
pium schisma, et vetitam
novationem averterentur,

Con-

Concionatores removeant,
ecclesiasticos ritus, antiqui-
tus receptos, pacifice reti-
neant, donec depositis a-
busibus: si qui irrepserint,
omnia reformentur quo tem-
pore si quid aut adversus
Clerum, aut catholicorum
dogma habeant, sepulei
plenam Diocesis administra-
tionem consecutus sit: pro-
bibitum, canonicorum, o-
mniumque Diocesis ordi-
num consilio, præsidioque
in melius commutaturum,
ne ulla querendi occasio
cuiquam relinquatur.
Atque omnia scripta utrimque
omissa vobis hic proban-
tur. Cum vero Monast.

Prin-

1188.

Principi, nec non mili-
taris ordinis: qui contro-
versiam hanc intercipere
conatus est: / fideles ad-
monitiones, protestatum
ac implorationem quorun-
dam privilegiorum preti-
gia tamen sua causa
patrocinari minimè potu-
erunt: / in ventos proje-
cisent et contempsissent,
Concionatores cum pacti-
sorum colluvie in per-
tinaciâ suâ perseveran-
tes, omnes laudabiles
templorum parochiali-
um ceremonias, Deique
cultus penitus abstule-
runt et abrogaverunt,
dissolutum, impium,

pro-

prorax, seditiosum, tumultu-
osum, et pro libidine suâ
azonicum vitæ genus elege-
runt, quæ in hodiernum
diem impliciti tenentur.
Unde non solùm in urbe
et Diœcesi, sed et in vicini
circumquaque regionibus
nihil certius, quàm publi-
cus metus, omnis Magi-
stratus ac obedientiæ e-
versio sit exspectanda.
Princeps itaque optimâ
ratione, justissimâ de
causâ, manifestam
illam Monast. vim, con-
simili vi retundere licu-
isset, nisi singularis
quædam Principis man-
suetudo hucusque eam
dissu-

diſsuaſiſſet. Ideo jure ordinario contra ipſos, ipſorúmque bona experiri malens, obſeſſis itineribus publicis commeatum ipſis eâ ſpe et fiduciâ interclusit, ut propriam totius Pivecesis salutem, ac è diverſo incommodum et pernitiem inde eruptúram accuratius expenderent, atque ſæpe rebellionis prætexi, ad mitiorem mentis partem omnia ſua conſilia revocarent. Nihilo ſecius tamen in eâdem ſuâ pertinaciâ perſeveraverunt, et præter omnem exſpectationem

onem quosdam Principis Satrapas ac Ministros in urbem captos pertraxerunt. Cùm autem Diœcesis Status et ordines animadverterent, Monast: factionem propriâ authoritate susceptam, non tam ipsos, quam totam Diœcesim, et innocentes subditos in perpetuum exitium præcipitaturum, huic malo viam præcludere cupientes Monast: maximè frequentibus interpellati, orationibus adducti, supplicibus Principem precibus adorti sunt, ut contro-versiam inter se et Mon: motam, in totius Diœce-

sis

sis gratiam clementer
intercipi patiatur. Quod
tandem, sed difficulter im-
petratum est. Illi itaque
omni, quo potuerunt, stu-
dio variis inditis con-
ventibus rem in con-
sultationem adferunt,
et tolerabiles pacis con-
ditiones sæpe propo-
nunt. Verum hi per ti-
naciter excussis, concor-
dia apud Mons. locum
sibi invenire non potuit.
Tandem ne hoc dissidium
insopitum relinquatur,
sed vel redditâ pace tol-
latur, ~~et~~ vel retentis in du-
cii saltem intercipiatur,
ne animis, utrimque
ex-

exacerbatis in mutua vul-
nera erumpat, â Cleropri-
mario, nec non militari
ordine, oppidisque minori-
bus ad hanc rem transi-
gendam delecti Principis
Consiliarios, ac Monast.
Legatos per amicas lite-
ras ad diem prædictum
Natalitiorum Christi
Selgetum convocant. Et
quanquam Summa pi-
de â Delectis ad hoc cau-
sa sit suscepta, Mon.
tamen retento nuncio,
ad se misso, nihil ad po-
stremas literas pacifi-
catorum responderunt.
Sed cum de pace se du-
lò ageretur, neque Prin-
cepi,

ceps, neque Clerus Prima-
rius, neque Nobilitas, ne-
que quisquam Finitimo-
rum sibi hostile quidquam
metueret, in nocte Nati-
vitatis Christi bombar-
dis majoribus, aliisque
machinis, ad oppugnati-
onem comparatis, armati
expeditionem infestam
suscipiunt, et Selgetum
oppidum circa matuti-
num crepusculum praeter
omnem opinionem et spem,
non indicto bello, sed vio-
~~la~~ta bonâ fide, per vim
et hostiliter invadunt, Prin-
cipis Consiliarios, pacifi-
catores à Clero Prima-
rio et militari ordine de-
lectos

lectos, et præter hos quosdam alios nobiles, oppidorumque Legatos: qui tamen statim dimissi sunt: atrociter capiunt, captos equis, pecuniis et omnibus ornamentis exuunt, eosdemque in contemptum, ludibrium, ac perpetuam ignominiam Principis, totiusque Diœcesis in urbem suam introducunt, ubi etiam nunc constricti detinentur. Ex hac verâ rei gestæ narratione vestri Principes et vos facilè intelligituri estis, longè aliter se rem habere, quàm Monast: suis scriptis ad Reverendiss: Archiepiscopum Colonien-sem,

atque

atque alios Principes viros
missis præteruerunt. Si
igitur maturo consilio et
efficaci antidoto insolens
hæc et prorax vis non
reprimetur, metuendum est,
eam ineluctabilem inobe-
dientiæ morbum pari-
turam, unde popularis
primùm Seditio, hinc
omnis Magistratûs con-
temptus, tandem Rerum-
publicarum certissimum
excidium, atque extre-
ma internecio exspectan-
da sit. Ut autem his
malis obviam eatur,
Præsul Monast. vestros
Principes partim jure
vicinitatis, partim hæ-
redi-

reditario, et metropolita-
nico foedere inter Non?
et Colonienses, ante mul-
tos annos inito, partim
conventione, nuper in-
ter Colonienses, Clivenses,
et Monast. Novesii pacta,
ipsermotos, consilio, ope,
necessitate, ita postulan-
te, sibi non dubie, pla-
ne confidit, ut Si Ilcso-
rum jam susceptum,
reddendae pacis studi-
um, irritum fuerit, ca-
ptivi liberentur, ac Non?
Praesul simili, aut certe
majori officio, non gra-
vatim se pensaturum
polliceatur.

Ad haec Consiliariorum
Coetus

Coelus breui deliberatione habitâ respondet:
Se ista ad Principes suos relaturum, nec dubitare, Mon. Præsulem ope et consilio suorum Principum contra vim atque injuriam destitutum iri.
Dum hæc Norensii geruntur, Princeps Clerum primarium, militarem ordinem, ac oppida Diœcesis ad diem 10. Januarii Reinam vocat. Est autem Reina oppidum in ripâ Amisis 4. milliaribus Monast. dipitum, His itaque præsentibus perfidam ac subdolam Mon. irruptionem, et vim sibi, suisq

Suisque Consiliariis præter
omnem expectationem in
crepusculo matutino diei
Stephani Protomartiris
illatam per Consiliarios
suos edixerit, quo sibi quo-
que in urbe querendi arma
occasionem necessariò da-
tam esse queritur. Cùm igi-
tur Monast: contumax
pervicacia non tantùm ad
se, verùm etiam ad totam
Diœcesim pertineat, ac u-
trisque simul ignominia,
ludibrium ac contemptui
coram vicinis Principibus
et Rebuspublicis pareat,
si facti sui impunitatem
assequentur, et in Comitiis
Pulmanicis sibi a Dioe-
cesi

cessis ordinibus voluntarium præsidium adversus Monast. rebellionem fit promissum. Se itaque consilium, auxiliumque posturare, quo et captivi pristinæ libertati restituantur, et Mons. pœnas transgressione sua commeritas luant, si transactioni jam à Consiliariis Landgravii coeptæ, ap. ipsos non sit locus.

Ad hæc Dioecesis Ordinis. Si Principis prius consilium audiant, se benigne responsuros, sibi quoque recenti memoriæ inhærere, quod Principi contra Monast. temerariam

et

et iniquam seditionem,
bellique jam cœpti præ-
sumptionem suarum etiam
opum dispendio et jactura,
auxilium et præsidium
addixerint, quam senten-
tiam nondum mutaverint.
Quod quædam etiam op-
pida, aquarum inunda-
one præpedita, Legatos su-
os ad hæc Comitia non
miserint, facilè purgan-
tur.
Ubi tunc Consiliarii Prin-
cipis mentem prioris explic-
cant, nempe: Cùm Monast:
occasionem sumendi ar-
ma Principi dederint, ut
quinque ferè militum cu-
horte[s] adversùs eorum
in-

insolentiam conscripserit, qui, etiamsi controversia componatur, stipendium militare exacturi sint. Sin verò transactioni locus non fuerit, sed acerbiores motus metuendi sint, et pedestris exercitus sit augendus, equitatusque inauthorandus, et omnia, quæ ad bellum pertinent, comparanda sint, magnâ pecuniarum copiâ opus esse, quæ cum subito, ut res quidem poscit, à subditis exhorqueri non queat, Ideo Principi utile videri, ut, quocunque modo etiam rem sae-

cidat,

cidat, mutua pecunia ali-
unde sumatur, de quâ resti-
tuendâ literis tam à Dive-
cesis ordinibus, quàm à
Principe signatis, credito-
ribus caveatur. Præterea
ut singuli militaris ordi-
nis viri, equis, armisque
pro virium ac facultatum
suarum ratione instru-
ctos et munitos, ad subi-
tam evocationem domi
se contineant.

His Clerus primarius,
ac Equester Ordo post bre-
vem deliberationem assen-
tiuntur, seque tabulos
cautionum signaturos
recipiunt,

Minorum autem civita-
tum

tum Legati, quotquot ade-
rant, se Principi qui-
dem profitentur addicto-
sse. Verùm in signandis
cautionum literis tergi-
versantur; cùm neque
plenam ejus rei autho-
ritatem à suis habeant,
neque præcipuorum op-
pidorum Legatos his
Comitiis interesse con-
spiciunt. Itaque se
causam publicam, in
publicā consultationem
suorum deferre prius
oportere. Ad quam rem
conficiendam ad 4: diem
Februarii datur dilatio,
ut eo die, quid facturi
sint, in oppido Pulma-
nico

nico renunciant. Porro Equester Ordo, et omnes Beneficiarii clientes per Consiliarios ad Principem perferri postulant: si Ie arma adversus Monasterium suscepta sequi contigerit, ut Princeps minoribus molestiis et sumptibus implicetur, se pro cibatu ac pabulatione: praeterea probabilis damni in hoc bello sit dati refusionem: pro Embdenses monetae florenos in singulos menses accepturos. Consiliarii se haec facturos recipiunt.

Iis ita actis Comitia dis-

soluta

soluta sunt.
Inde Monasterienses alia subterfugia quærentes, Arnoldum Velhotti concivem suum ab Episcopo ita in imos et obscuros carceres inter bufones et serpentes detrusum, ita vinculis et compedibus constrictum querun-tur, ut omni humano solatio contra omnem humanitatem destituatur. Jotam immanitatem sibi supra modum displicere; cùm benignius ac mitius cum suis captivis agatur.
Quam rem non solùm Legati Landgravii, verùm

verùm etiam captivi pro-
cures, sibi similem capti-
vitatem metuentes, Princi-
pi per literas aperiunti
petentes, ut Bellholtum
acceptis fidejussoribus
mitiori custodiæ admit-
tat, illud sine dubio plu-
rimum sibi et transa-
ctioni profuturum.
Princeps Hermano Syl-
becke ac Ottone Peick
fidejussoribus acceptis,
petitionibus Legatorum
et captivorum acquie-
scit. Quanquam Bel-
holtus non solùm sedi-
tionis nomine, sed et
ob alias causas capi-
tales sit apprehensus,

ac

ac Sulmenhorstiano carceri mancipatus, hinc ut majori conveniendi Principis spem opportunitas, et cum illo agendi copia haberetur, ne ex distantia, et intercapedine locorum quicquam incommodi eveniat. Petunt itaque Legati, ut Woltbecam propius ad urbem venire dignetur.

Princeps 19 Januarii, ne quid morae sibi objiciatur, neve animum, a pace alienum, habere videatur, continuo paret.

Interea Legati Hesporum hoc sero, sedulóque in urbe agunt, nunc mo-

nendo,

nendo, nunc rogando, nunc hortando, ut animos utrimque exasperatos mitigent, ad veterem gratiam malevolentiâ et livore sublatis reconcilient, primùm itaque eò conatus suos intendunt, et in hoc laborant, ut controvertentes dissidium intercipi utrimque patiatur, hinc aequis conditionibus ad controversiam exigendam consentiat. Quamrem, etsi ab Episcopo difficillimè impetrari posse rati sunt, tamen facilè impetrant, ideoque magnam se pacis partem consecutos esse existimant.

Verùm

1210.

Verùm cùm Senatus fub-
terfugia et tergiverfatio-
nes quæreret, ac à tran-
actionis initio fine Vi-
cki præsentiâ abhor-
rere videretur, quem
tanquam numen ali-
quod fuspicit, et patro-
num fuæ caufæ præ-
ftolatur, de pace diffi-
dere incipiunt, utrumque
autem fuo Principi
per literas fignificant.

Qui 13. Januarii
in hanc Sententiam
Monasterienfibus
refcribit.

Se non mediocri vo-
luptate affectum, ubi
ex Scriptis Suorum
Confi-

Consiliariorum accepe-
rit, Episcopum ad dire-
mendam controversiam
consensisse. Se verò aegè
ferre quòd Monaster.
publicam hanc causam,
quæ moram non patia-
tur, ad unius adventum
differant, cùm multa
intercidere queant, quæ
pacem aut impediant,
aut evertant. Nec du-
bium esse, quin suspici-
onem fraudis, ac sinistræ
machinationis apud
Episcopum hac pro-
crastinatione cumula-
turi sint, hoc quoque
metuendum esse, ne
cum exercitu instructum,

adc-

adeoque in procinctu ha-
beat, urbi aliquid incom-
modi praeter spem immi-
neat. Se proinde consulere,
ut etiam absente Wickio:
cujus adventus sit incer-
tus: rem sine morâ per-
tractandam suscipiunt,
neque Consiliarios suos
diutius suspensos tene-
ant, Ipsos enim à se
ita edoctos esse, ut reli-
gioni et fidei priores
partes tribuentes hoc
agant, ne verbo Dei pu-
ritas negligatur, sed quo-
tidianis incrementis
potius augeatur, et cor-
roboraretur. Quare
etiamsi Wickius abfit,
ta-

tamen Reipubl: Mon[s]: & permagni interesse, transactionem maturare, maxime cùm Episcopus reliquique Dioecesis Ordines ad illam affectam esse videantur, ne mutatâ sententiâ, major per expeditionem militarem calamitas urbi inferatur. Haec omnia se altius Senatui expendenda offerre.

His scriptis Mons[r] permoti Legatis copiam agendi secum faciunt. Itaque conditiones, legesque pacis variis, aliis hoc, aliis vero illud volentibus cudunt, atque recu-

recudunt. Sed antequam Legati pacis legis inve-
nire, et liberationem ca-
ptivorum impetrare pos-
sent, Monasterienses æsti-
mationem interceptorum
boum, et damni dati ab
Episcopo refundi volunt.
Agitur itaque per Lan-
gravii Legatos cum Caspa-
ro Judefeldano, et Joanne
Daventriaco super hac
re. Et quanquam qua-
draginta et unum boves
ab Episcopo, Satrapis,
et Præfectis abductos cum
damno dato sexcentis
et octoginta quinque flo-
renis æstimâssent: res
tamen eo deducta est,
ut

ut quadringenti et quin-
quaginta solverentur.
Et cum Joannes Daven-
triacus naturâ ad Seditio-
nem propensus sit, Legati
ab Episcopo petunt, ut
vitandi novi motûs causa
huic continuò fiat solutio.
Indefeldum dilationem
solutionis daturum ad
diem 16. Martii.
Cum vero diu, multumque
hùc illùc, deorsùmque ul-
trò, citròque addendo, de-
trahendo, mutandoque
causam hanc volvissent,
tandem ut multa incom-
moda, bella, vedes, de-
vastationes, depredatio-
nes et cædia evitentur,

pax

pax autem et tranquilli-
tas, in augmentum pu-
blicæ utilitatis conserven-
tur, unanimiter in pa-
cis leges 24. Februar.
utrimque consentiunt.
Sed cum pacificatores,
utrimque placita, scripti
comprehendissent, et qui-
dam militaris ordinis
viri potentiores quidem
in Scripturâ transacti-
onis nominati consigna-
re ea negâssent, tota
propemodum transactio
fuisset irrita facta.
Itaque Hermannus
Schenckinck, Joannes
Bernhardus et Henricus
Warendorp, Franciscus
Græl

Israël, Joannes Seick, Eberhardus Buck, Wilhelmus Clevorn, Ebervinus Trosten, et Alardus Trosten junior, patricii urbis carcere quidem sed captivitate nondum liberati Principi, et reliquis Diocesis ordinibus Hollbeca collectis supplicant, ut captivorum incommodum, et pernitiem, nec non totius Diocesis infelicem interitum accuratius expendant, et eos nobiles, quorum nomina in transactionis tabulis sunt notata, ad consignandum eas inducant.

cunt.
Eodem die reliqui etiam militaris ordinis captivi: Philippus ab Hoerde, Melchior à Bueren, Adolphus Wodelswinge, Joannes à Bueren Baro, Bernardus de Reike eques, Gerardus Morrien Hypparchus, Henricus Schenckinck, Hermannus Mengersen et Joannes Hercksel Episcopi Archigrammateus eadem à Principe, aliisque patribus per literas efflagitant, et ut Principis primum, inde Episcopi tubum sine mora signa sua appendant, pre-

can-

cantur: oppidanos enim
aliquid novi adversus eos
moliri. maturandum
igitur esse, ut tabulae osci-
ficiantur, consignationem
earum Nobiles non nega-
turos, si diligentius in-
stetur, et eas a Duci-
ipse et capitulo consigna-
tas viderint.
Consignationem quidem
primum negant, tandem
tamen in gratiam ca-
ptivorum, et ne omnia
multis laboribus, et im-
pensis acta rescindan-
tur, petitionibus Duci-
pis, religiorumque or-
dinum parent.
Legis autem et pacis
ini-

1220.

inita haec facta sunt.

LEGES PACIS.

Ima

Princeps in fidei et Christiana religionis cau. sa Monast: vim nullam inferet, sed citra offensionem illis permittet, ut verbum Dei habeant, ac retine. ant, idemque in sex parochialibus suis tem. plis, Lamberto, Ludgero, Aegidiano, S. Virgini trans. aquas, Martino, ac Ser. vatio dedicatis, pura et

sine

sine falsi vlla admixtione
per concionatores suos
propagent, Sacramenta
in iisdem dispensent,
caeremonias instituant,
institutas usurpent, cives
quoque in negotio fidei,
et religionis judicio sui
senatus relinquat, sic
tamen, ut omnia evan-
gelico et Verbo Dei sint
conformia, donec gene-
rali, libero ac christiano
concilio in Germania co-
acto, vel communi et
consentienti Principum
Imperii consultatione
in fidei et Religionis
causa certi aliquid de-
cisum fuit. Quod etiam

Im-

Imperatoria Secreta Anno 1532. Norinbergæ publico Principum consensu approbata, atque Ratisbonæ edita, perque Imperium promulgata evidenter exigere videntur.

Ex adverso quoque Monasterienses Principem, Capitulum, reliquaque Collegia, exceptis sex præfectis suis parochiis, sua religioni et vitæ permittent, donec omnipotens aliter hoc disponat, neque Concionatores Civitatis, Magi-

gistratum Ecclesiasti-
cum, vel Civilem, aut
quoscunque ~~aut~~ ex Colle-
giis, aut Coenobiis ejus-
dem Religionis profes-
oni addictos; nisi ver-
bum Dei palàm exigent;
in Concionibus suis,
canina facundia per
ora hominum tradu-
cent, nec Clerus prima-
rius, nec ejusdem fa-
ctionis quisquam ca-
lumniandi occasio-
nem linguæ suæ in
temperantiâ ulli præ-
bebit.

Unusquisque in cau-

sâ

sa fidei et religionis utrimque sibi a calumniis, maledictis, et obtrectationibus temperabit.

Monasterienses in causis civilibus et profanis Principi postremum tanquam vero suo Magistratui non minus, quam obedientes et fideles subditi, aliorumque civitatum minorum Respub. et communitates temperabunt.

Edu

E diverso Princeps quoque subditorum salutem summâ, quâ potest, fide curabit, jura ac privilegia eorum tutabitur, injustam vim propulsabit, neque alium se erga suos, quàm benevolum Principem exhibebit.

Si verò quisquam quocunque dignitatis titulo eminuerit, verbo Dei pro suo arbitratu usus fuerit, neque Magistratui debitum obsequium præstiterit, sed alias pertinacia,

naciter obsse Studuerit, a Magistratu legitimis poenis coercebitur, neque talis à quoquam in tutelam sub sapiendus, sed suo Judicii, poenæque commeritæ relinquendus erit.

7.

Monasteriensis quoque Principi, clero Primario, et omnibus tam ecclesiasticis, quam profanis hominibus vectigalia, pensiones, reditus, atque obventiones suas, sicut antiquitus sanctitatum est: exsolvent, exceptis iis, quæ præditis paro-

chia-

chialibus templis, nunc
concionatoribus et Verbo Dei
destinatis, a civium quon-
dam munificentia in
usum fraternitatum Ka-
lendarum, memoriarum,
similiumque rerum colla-
ta sunt. Haec enim omni-
a una cum Parochorum
reditibus in usum tem-
plorum, ac sustentatio-
nem Ministrorum, pau-
perumque cedent. Ita
tamen lege, ne Parochi,
qui paroeciarum admi-
nistrationem antiqui-
tus consecuti sunt, donec
superstites fuerint, pri-
destituantur, nisi sena-
tus, illis volentibus ac con-
sen-

sentientibus vitæ sustentationem prospexerit.

§.

Ecclesiasticis beneficiis, quæ non ad Senatus, sed aliorum, tam in urbe, quam Dioecesi commorantium, collationem pertinent, Senatus se non intermittet, ne sua præsumptione alterius jus quoquemodo violare videatur.

§.

Præterea autem Monasteriensibus liceat

citra

citra Principis, Cleri, aut civis injuriam conationes Sex praedita rum parochiarum, quoties opus est, et res poscit, removere, aliosque substituere.

XC.

Ne haec Princeps omnes judiciales controversias fidei et religionis nomine in judiciis passim coeptas et actitatas intercidere, et mori patietur, neque contra quemquam fidei causa post hac item movebit. Quidquid etiam ex actionis nomine in causa religionis

tam

tam ecclesiastici, quàm
profani irrogatum fue-
rit, tanquam viribus
destitutum corruet.

§. V.

Princeps quoque o-
mnis controversia, si-
multatis et amarulenti
livoris contra civitatem
forte, ejusque fautores
et patronos religionis
causâ conceptii oblitus,
de ultione nihil cogita-
bit, vias publicas re-
ludet, liberam comme-
andi facultatem qui-
busvis permittet, arestum
tollet, civium bona in-
tercepta restituet; si
vero

verò aliquid eorum usu Prin-
cipis absumptum fuerit,
ipse suis impensis dam-
num sarciet.

12.

Pari modo, qui Prin-
cipis causam egerunt, ni-
hil sibi mali ab Oppida-
nis metuent. Si verò inter
aliquos, cujuscunque etiam
Status aut ordinis, fuerit
controversia coepta, sem-
per fidei et religionis cau-
sa inciderit, legitime et
ordinario jure, sicut in
Dioecesi Monasteriensi
antiquitus fieri consue-
vit, decidetur. Magi-
stratus etiam omnis
severis

severis Studiis vigilabit, ne cuiquam contumax subterfugiendi, aut aversandi Suum tribunal temeritas permittatur.

§ 35.

Patriciis Consulibus Senatoribus, et civibus, qui urbe excesserunt, ad suas possessiones, aduxo-res, liberosque suos securus erit reditus, ita ut redeundi, abeundique facultate concessa sine metu publici urbis itineribus utantur; si tamen urbs Romani vel alicui quisquam adversus hostem ned, aut quod

quosdam eorum actionem aliquam se habere putaverit, eam jure non vi, prosequetur.

14.

Hinc omnes captivi utrimque hactenus detenti praestitâ sufficienti consuetâ, et antiquitus receptâ cautione pristinæ solidæque libertati restituentur. Ablata quoque ipsis captivitatis tempore, et Senatui tradita, reddentur, quæ verò Senatus non accepit, ad eorum restitutionem minimè compellendus est.

Præterea civitas Joannem Baro,

1234.

Baronem de Bueren, Ger-
mannum à Mengersen, ac
Joannem Merckell Archi-
grammateum, sumptibus
et impensis in hospitiis
suis tempore captivita-
tis factis, refarabit, Reli-
qui autem Diœcesani
suos ipsi sumptus ferent.

15.

Porro cum. Non-
querantur, de causas
controversas, litesque va-
rias, adversus Capitulum,
Verumque habere, pla-
cuit utrimque, ut Reve-
rendiss. Princeps, Nobi-
lis et Generosus Comes

Gen-

Benthem, et Steinford, Ar-
noldus de Laesfeld, Joan-
nes à Graft consul oppidi
Osseldiensis, ac Nicolaus
Diekhennikenn senator
Fulmanensis, à Capitulo
delecti, Joannes de Recke
Dominus Steinfordicus,
Franciscus de Vendt,
Joachimus Ruse, et Joan-
nes Schelcker, quorum
hic Osseldiensis, ille verò
civis Warendorpensis, à
civitate Monast: desi-
gnati, controversias inter
contendentes maturè in-
tercipiant, intercepta
ea, quæ possunt, fide
et diligentiâ dirimant,
aut componant.

16.

16.

Hostrano utrique
Clero tutus in urbem
reditus patebit, neque
cuiquam ex illis ultrò
citroque commeandi, re-
manendique libertas
ab oppidanis adimetur.
Hæc leges ubi conscri-
ptæ et recitatæ fuissent,
omni vi, dolo, fraude,
ac fallaciâ amotis, u-
trimque placuerunt.
Ideo eas dextris jura-
menti vice confirmant,
quarum duo exempla,
alterum Principi, al-
terum Senatui porri-
gen-

gendum conficiuntur. Itaque
ut ~~maj~~ major fides, au-
thoritasque his tribu-
antur Philippus Hol-
sorum Princeps, tanquā
pacis Sequester Epis-
pus Monast: Capi-
tulum pro se suisque
Successoribus, Arnol-
dus Comes Bonthemē-
sis, Arnoldus de Ra-
ffeld Caspar Korff con-
dictus Snuysinck,
Franciscus de Wenet,
Godefridus Schade
lich, Henricus de
Nuenstor, Joannes
de Lecke Steinstein
fordicus, Joannes de
Buoren in Davens-
berg

berg, Joachimus Proste in Sendenhorst, Joannes Proste in Vischering nomine Militaris Ordinis, Consules et Senatus Oelfdiensis et Warendorpensis, omnium totius oppidanorum nomine sigillis suis ea communiunt atque corroborant.

His itaque compositis Captivi 18. Februar: redditis ex pacto equis, annulis, catenis, reliquisque ornamentis, quæ ad Senatum pervenerant, suâ libertate restituantur, Episcopus etiam in gratiam Landgra-

gravii, ut gratum ani-
mum declararet, tribus
istis Legatis et pacis se-
questris, singulis equum,
et centum florenos do-
navit, nec minoris ista
pax civitati constabat.
Hæc pacis foedera pu-
blicè quidem utilia visa
sunt, sed perpetuo servi-
tutis jugo totum Mon-
verum depressum tenu-
isset, et hanc civilem
Reipubl. in varia cala-
mitatis discrimina pau-
latim præcipitassent,
nisi Anabaptistarum
ex liberioris Evangelii
cum vitæ principio ea or-
tu, ea dissolvisset, irri-

táque

taque fecisset. Hic enim
Senico suo rege sublato,
verum ad pristinam,
libertatem, dignitati sq.
titulos revocavit. Hic
civitati fidem catho-
licam restituit. Hic
Senatui amissa digni-
tatis authoritatem red-
didit, legesque pacis a-
quiores reduxit, Hic
vigilandum esse jussit,
primisque malorum prin-
cipiis resistendum mon-
strarit. Hic Magistra-
tum imperare, civesque
parere docuit. Hic tan-
dem nostram Temp:
a multarum opinio-
num fecibus purgavit,
ea-

eademq; horrendis immanitatis suæ exemplis, ab iisdem in hunc usque diem deterreut. Falsè ergo hæc Respubl; quæ tot, tantisq; malis edocta, unius orthodoxæ cultum, quasi postliminio recepit. Gratias igitur agamus Deo Ter Optimo Maximo, quòd ruptis exitialibus istis fœderibus, perpetuam servitutis calamitatem, à cervicibus non solùm nostris, verùm etiam posteritatis nostræ per Anabaptismum clementer amoverit. Retineamus ergò eam fidei

plan-

plantam, quam Stus
Swibertus Monasterii
primi plantavit, et mi-
raculis fulcivit, quam
Carolus Ille Magnus ar-
mis suis contra Eth-
nicorum secures tutatus
est, quam S. Ludgerus
Protopraesul sua doc-
trina irrigavit, cui
deinde Deus semper in-
crementum dedit, eam-
que per tot Episcopos eximi-
a vitae Sanctimonia et
doctrina perspicuos pro-
pagavit, et continua suc-
cessione fluet nunc acer-
biore vento non nihil
concussam: ad hunc
usque diem in suo
vi-

vigore ita conservavit, ut instar victricis palma nullis ponderibus victa succubuerit.

Porro ubi Senatus per hanc Transactionem in omnes urbis parochiales Ecclesias, jus designandi Concionatores obtinuit, his illud legibus communiri voluit, quarum Epigraphe haec est:

Statutum municipalium legum excerptum earum regionum, quae ad Senatus Monasterii auctoritatem pertinent.

Cum

1244.

Cum omnis in timore Domini vivendi ratio ex verbo Dei profluat, quod per pios Concionatores populo annunciatur; necesse itaque est, ut ad conservandam christianam Rempublicam ~~et~~ fideles et pii Concionatores constituantur, qui: ut Paulus inquit: idonei sint, ut alios quoque doceant, et rectè Sermonem veritatis dispenset, horum tamen tot sunt eligendi, quot pro Reip. amplitudine sufficiant; singulis itaque parochiis duo perficiantur, qui sequenti modo ordinabun-

buntur.
Primùm singulæ paro-
chiæ duos viros pietate et
doctrinâ præcellentes, de-
signabuntur, quos ad
concionandi munus uti-
les esse judicaverint. De-
inde ex toto parœciarum
numero quatuor diligentur,
qui designatos istos Cele-
siastas ad examinatores,
à Senatu, Tribunis, ac
Mechanicorum Præfecti
constitutos adducant.
Istine Concionatores per
Divini nominis invoca-
tionem delectos, et ad se
adductos, ut scriptura
habet, diligenter pro-
babunt, et si ad mi-
nistes

nisterium Verbi idonei fu-
erint, ipsos ad populum,
à quo electi sunt, redu-
cent, ibique in conspectu
omnium parœcianorum
ipsis sui officii admoniti,
oviculas Christi fideliter
committent, subditos quo-
que, quâ benevolentiâ
et benignitate erga ipsos
affecti esse debeant, com-
memorabunt. Tandem
hanc Concionatorum vo-
cationem, publicâ ad
Deum factâ deprecatio-
ne confirmabunt, qui
hoc susceptum mini-
sterium in augmen-
tum gloriæ Suæ et
communem omnium
salu-

Salutem fortunare di-
gnetur.

Concionatores itaque sic
ordinati, circa dispensa-
tionem verbi et sacramen-
torum, necnon in eccle-
siasticis functionibus,
certas formas, ac cere-
monias sacris literis con-
formes, cum Senatus, Me-
chanicorum, Tribunorum
consensu et authoritate
constituent, constitutas sig
inviolatæ servabunt.

præterea cùm plurimum
Reipubl. interfit ut ju-
ventus bene ~~educetur~~ Deducetur,
et quotidiani virtutum
incrementi exercitata,
ad publicæ societatis gu-
berna-

vernacula adolescat, Se-
natus virum probum, pi-
um et doctum, Scholæ
publicæ præficiet, qui cum
examinatoribus consilio
communicato ea, quæ
ad scholasticam disciplī-
nam necessaria et utilia
esse videbuntur, Senatu
authore constituet.
Ad hæc duo è Senatu
publico stipendio con-
ducti sacras literas et
novi et veteris Testa-
menti legent, et inter-
pretabuntur, cui rei
locus commodus desi-
gnabitur, in singulis
parœciis gazophilacia
erigentur, Diaconique
eli-

eligentur, qui diebus do-
minicis collectas sub con-
cione pecunias, aliasque
pensiones, ratione transi-
actionis inter Principe
et Senatum initæ, piis
usibus destinatas, vera
paupertate afflictis ero-
gent.

Senatus duos viros soler-
tes, duos quoque tribuni
et totidem Mechanico-
rum Magistri constitu-
ent, qui per totam
urbem publicorum men-
dicorum curam geren-
tes accuratè de eorum
patria, de parentibus
et educatione, de vita
innocentia, de corporis

imbe-

imbecillitate, quibúsque
exercitijs sint occupati,
inquirent, ut eleemosinis
digni, certis notis insignitì
alantur. indigni verò et
ignoti ad suos relegentur.
Nam impudentibus sæpe
mendicis malè erogantur
eleëmosinæ. Præter hos
Senatus, Tribuni et Mecha-
nicorum Præfecti sex
viros graves et conspicuâ
virtute illustres designa-
bunt, qui controversias
in matrimoniis passim
exortas diebus Saturni
in loco commodè discuti-
ent, ac dirimentq, quæ
nisi maturè componan-
tur, plurimum incommodi

in

in Reipubl. importare
solent. Porro quemqdo
quisque se in suâ fun-
ctione geret, ex justo ple-
bisitorum volumine co-
gnoscetur. Hæc verò brevi-
ter annotata sunt, ut ea,
quæ ad christianæ Reipub.
formam pertinent, excipi-
se videamur.

Cum verò dispensatores
verbi, qui populum per
doctrinam Dei ad christi-
anæ vitæ societatem per-
trahent, in suâ functione
confirmati fuerint, du-
bium non erit, qui nulli
pertinaces et præfracti
homines futuri sint, qui
verbo Dei non parentes,

pru-

puram ac christianam
vitam difficillimè am-
plectentur, talesitaque
ad christianæ vitæ puri-
tatem conservandam, ju-
stis legibus et gladii a-
nimadversione cœrcendi
sunt. Quare in blasphe-
mos et manifestè delin-
quentes legitimæ pœnæ
constituentur, quibus
in præfractorum erro-
rem et bonorum tute-
lam à senatu affician-
tur.

Principio omnes mani-
feste impii, et in Deum
blasphemi christiano
anathemate ferientur,
quo in malitiâ suâ
ob-

obstinati, et post secun-
dam aut tertiam admoni-
tionem non resipiscentes
per ministros Verbi excom-
municabuntur, atque ita
à christianorum cœtu
publicè segregabuntur, ut,
qui christiani esse velint,
nihil commercii et con-
suetudinis cum illis ha-
beant. Si verò illud non
profuerit, sed in suâ ma-
litiâ pertinaciùs: quod
Deus avertat: persevera-
verint, pravoque suo vi-
vendi exemplo Reipub.
offenderint, à Senatu se-
mel atque iterum admo-
nebuntur; quæ admoni-
tio, si peperit nullum,

pro

pro ratione facti digna poenas luent. Itis autem flagitiis, quæ jure civili puniuntur, ut latrociniis, furtis, proditionibus et similibus, novas leges et poenas constituere non est operæ pretium. Sed iis, quæ (: pro dolor :) diuturna consuetudine in bonorum hominum offensionem magnam, levia visa sunt, neque hactenus punita, leges et poenas irrogare necessarium est, qualia sunt vana et temeraria juramenta, execrationes, diræ imprecationes, blasphemiæ in Deum, Sacrum festorum

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

rum perinutiles et non
necessarios labores, verbi
Dei audiendi pervicaciæ
glectus, concionum sacra
rum per tibias et tympana,
aliosve motus conturbatio,
liberorum ingratitudo qui
parentibus suis infami
am irrogant, adulterium,
fornicatio, stuprum, le
nocinium, ebrietas inuti
lis et sumptuosa per luxu,
aliáve profusio, falsum
testimonium, obtrectatio,
ad famæ alterius demi
gratio, usura. Hæc pla
gitia legitimis poenis
cœrcere ad conservatio
nem Reipubl. non solùm
utile, sed et necessarium

sive

esse judicamus. Reliqua,
quæ huc pertinent, ad inte-
grum plebiscitorum scri-
ptum codicem transfere-
mus, quæ sacris literis,
jureque civili confirma-
ta, et à Senatu, Tribunis,
Mechanicorúmque Præ-
fectis, ac totâ Monaster.
Reipubl. comprobata, ty-
pisque excusa, universo
orbi omnium hominum
judiciis offeremus.
Ad quam rem feliciter
conficiendam præsidium
Dei optimi Maximi im-
plorabimus.

Plebs et Concionado.
Res superioribus con-
cordiæ pactis plus de-
cen-

centiæ, quàm unquam
speraverant, consecuti, eam
perpetuò duraturam con-
fidentes, plus solito in-
solescunt, Pontificem
jam cum rasâ suâ co-
orte debellatum esse, Ty-
rannidem papisticam cor-
ruisse, evangelicam verò
libertatem à gravi servi-
tutis jugo, per Lotha-
ringiam creptam, sibique re-
stitutam, et concordiæ
legibus confirmatam.
Errorum jam caligine
vera lucè illustratâ, pas-
sim damnitant, et cum
voto sibi omnia succes-
sus precantur, in gratiam
Evangelii et Papa con-
tem-

tempotum mutua inter se
convivia agitant, epulan-
tur, commessantur, poti-
tant, sed nunquam sine
Sotmanni, licentiæ autho-
ris præsentia, quem tan-
quam propitium aliquod
numen, omnibus suis
convivis adesse volunt,
quem suspiciunt, quem
admirantur, quem vene-
rantur, quem nova voce
Superintendentem
appellant, quem primo
mensæ loco dignantur, a
cujus ore omnes pendent,
quo loquente tacent omnes,
quo tacente, verecundia
est, quemquam loqui, ut
ipse in magnam eruditi-

onis

onis et Sapientiæ opinio-
nem apud imperitum vul-
gus se insinuat, hinc adeo
sibi placet, adeo fastu
turget, ut omnes doctos
contemnat, tandem quoque
plebeo furori tribuit, ut
jam stabiles in urbe
sedes permittere sibi audeat.
Etsi nihil tandem
ad suaviter vivendum
præter Thalami consortem
sibi deesse putaret rei-
etiam Joannis Vigerii
19. Februarii uxorem
duxit, cui superstite etiam
marito evangelicum spi-
ritum et amorem infudisse
dicitur. Fuit autem Jo-
annes Vigerius, Syndicus

Urbis,

civitatis vir mire facundus, qui cum oblectationis et animi reficiendi causa cum uxore, et quos illa ferebat: erat enim mulier admodum procax: in fundum suburbanum stagnantibus aquis, fragrantibus herbis, et pomiferis arboribus amoenissimum se pedes recepisset, et solito hilarior esset, ibi forte ex zelotypia: ut suspicio erat: subita apoplexia correptus, omnibus fere membrorum viribus destitutus est, ac bajulorum opera in urbem rediit, ubi vero membra effi-

efficacibus pharmacis
resolläta stuporem pri-
us excussissent, et ali-
quantum pristini vigo-
ris recepissent, ex con-
silio quorundam medi-
corum thermas Emsenses
cum conjuge adiit. Ve-
rùm uxor sui magis,
quam mariti curam
agebat, ideo relictum
solum aquis thermarum
suffocatum postea repe-
rit. Haec itaque se-
versa post paucos dies
luctum deposuit, et
Lothmanno nupsit. Ad
quas nuptias certatim
ab evangelicis accurri-
tur, certatim munera
mittun-

mittuntur, certatim pota-
tur, matrimonium Cleri
commendatur. Ponti-
fex interim miseris modis
absens verborum Scuticis
flagellatur, nulla con-
vivia, nulla Symposia
ab Evangelicis constitu-
untur, in quibus ponti-
fici vibices non infligan-
tur. Habet nunc Loth-
mannus, quod tam diu
venando affectavit, habet
favorem plebis, habet
apud suos authoritatem,
habet imperium in sex
parochialia templa, et
Concionatores, habet cle-
rum et Senatum meta-
entem, habet nomen
eru-

eruditionis et prudentiæ,
habet unde molliter et de-
licatè vivat, habet ele u-
xorem, magnum ad feli-
cem evangelicam vitam
præsidium et adjumentum,
acriter jam imò strenuè
magis, quàm commodè
suum negotium permonet.
In omnibus fere concio-
nibus pro Evangelii suc-
cessu, pro incolumitate
et salute Landgravii pre-
catur, cujus ope concor-
dia civilis sit revocata,
et verbum Dei ab interne-
cione conservatum.

Senatus etiam ur-
gente plebe, ut pro pace
reddità gratiam aliquà
refer-

referret, duos argenteos et deauratos crateras satis capaces, singularique artificum industriâ coelatos, et florenis aliquot factos, duos quoque eximia ingredine ac generositate conspicuos equos, phaleràque exornatos nomine civitatis 12. Februarii Landgravio per duos ministros mittit, quibus singulis sex florenos et amictum, muneris loco retribuit.

Interea plebs mul-
torum profectò capi-
tum bellua, ubi adversùs
clerum verecundia re-
centis foederis vetante ni-

hil

hil auderet, ne nihil age-
ret, cum Suo Magistratu
dissidere coepit, quem non
tam civibus, quam Clero
favore somniat, certoque
sibi persuadet. Proinde
Papisticum hunc Sena-
tum amovendum, Evange-
licum verò substituendum
esse, per urbem mussitat,
eoque tandem rem perducit,
ut Comitia novi Senatûs
creandi gratiâ, ante tem-
pus antiquitùs receptum,
habita sint, Die itaque
Lunæ post festum Ma-
thiæ, quæ fuit tertiâ
Martii p. amotis viris
gravibus et authoritate
pollentibus per hos scilicet

Suffra-

1566.

Suffragatores

Henricum Nollenberte Claustrarium, Joannem Thom Zrincke Altari-um, Lucam Zwiter Biliopœum, Hupertum Kuescher fabrum ferrarium, Bernardum Knippervölinck, Henricum Overarto, Nicolaum Kriper Zanni-cidam, Bernardum Klarcorp Sarcinatorem, Ludgerum Thor Kinge pictorem, Gerardum Kreützer coriarium, in condari Senatorio hac designantur

Capi-

1267.

Capita nova
Reipubl:

Caspar Schroderus,
Joannes Langermann,
Hermannus Tilbeck Ba-
tilius, Caspar Schedelt,
Petrus Strenge, Petrus
Scorsirck, Joannes
Saventrianus Sutorum
Praefectus, Antonius
Wilderrarm, Gerardus
Tibbenbrock, Mercator
Lotgerus Wulfhorst
Institor Joannes Sim-
Vemöller institor Joannes
Struiter, Elias Flas-
kamp butyropola, Lub-
bertus Lentinck Ichtio-
pola, Michaël Nordinck

pellio,

pellio, Johannes Koerbagen, Gerardus Lunnikes Butyropola, Joannes Kirkel faber ferrarius, Henricus Fridagh, Henricus Jonas filius Antonii, Joannes Offenbecke coriarius, Joannes Kastert, Christianus Sorverarius Butyropola extraneus, qui intra annum Wildeshusia habitatum huc venerat, Eberhardus Klardorp sarcinator, atque Henricus Rode Aurifaber,

Ex quorum numero postridie Hermannus Dilbecke et Caspar Judevelt Consules de-

more creantur.

In hac novi Senatus electione, omnes Senatores superioris anni sunt amoti, præter Silbeckeū, Judeum, Schröderkeum et Langermannum, Fri, buni plebis Henricus Moderfonn, atque Henricus Redeker fuere.

Qualis hic fuerit Senatus, multorum flagitiosorum intempestiva indulgentia; quam sacra secuta est pœnitentia: / satis edocuit, ante alios annos viri cordati Reipubl: Non: gubernabant, quales fuerunt ex patriciis Joannes

Sinnen,

1270.

Tinnen, Everwinus Steve-
nick, Everwinus Proste,
Henricus Wolfshagenn,
Gertholdus Travelman,
Albertus Clevorn ex
plebeis Joannes Wolani,
Theodoricus Munster-
man, Wilbrandus Blo-
mes, Hermannus Heer-
de, Joannes Herdinck
Magister, Theodoricus
Grolle, et plerique alii e-
ximiâ sanitie, et mul-
torum annorum experi-
entiâ venerandi, quorum
temporibus tranquilli-
tas in urbe erat, quibus
non osores Cleri fuerf-
sint, sceptraque urbis
tenuissent.

His

His conventibus plebs primum iterum perse-
quebatur, et vili pendebat,
deinde suum ipsius Ma-
gistratum plebs pristinæ
factioni addicta respira-
re cœpit, sequi jam esse-
cturam confidit, quo
diu secum volvisset atque
affectasset.
Nulla enim fere dies
præteriit, in quâ non sit
aliquid factis dignum
à flagitiosis commissum.
Primum ergo 17. Mart.
in singulis templis
parœcianorum suffragiis
concionatores Ædmanni
authoritate interpositâ
designantur, nomines ve-
nerei,

nerei, lascivi, intempe-
rantes, leves et voti fragi,
errones, qui jugum re-
gulæ suæ contumaciter
excusserant, qui scientiæ
et eloquentiæ vice, auda-
ciâ et garrulitate polle-
bant, qui flagitia, quan-
tumvis enormia solâ fide
expiata, pro nihilo duce-
bant, qui evangelicam
libertatem in licentiam
et impunitatem vertebant,
qui denique nihil boni,
nihil pium censebant,
quod à suæ doctrinæ li-
centiâ abhorrebat. A suâ
doctrinâ pendentes evan-
gelicos et christianos
fratres, sororesque, tem-
plum

plum vero Dominicum relí-
gionis ergo ingredientes, per-
tinaces papistas, et impios
appellabant, variisque ca-
lumniis, contra transacti-
onis leges eos passim pro-
scindebant; in initio tamen
singulari quodam sanctimo-
niâ et pietatis fuco multos
ad se alliciunt, allectosque
in horrendos et ineluctabi-
les errores paulatim pra-
cipitant.

Mense Martio, cum pristi-
nam minorum civitatum
fidem, sibi susceptam
esse putarent, ea novandi
foederis gratiâ ad diem
20. Martii, qui fuit feria
quinta post dominicam

oculi

oculi convocant, locúmque
conventui Tabernam quan-
dam meritoriam inter
Monasterium et Cossel-
diam designant, quam
ab incertâ appellationis
origine / Ehrensort: /
nuncupant. Quo Mona-
sterienses non tam pisces,
quàm diversi generis
carnes et vina secum de-
ferunt. Religio enim
ipsis fuit avitæ Ecclesiæ
exemplo dierum et ciba-
rum discrimen facere,
cùm non libertatis e-
vangelicæ, sed augusti-
mo superstitiosi et mi-
nus sibi confidentis
animi judicium esse ju-
di-

dicium esse judicant,
certis diebus ab esu car-
nium sibi temperare;
malunt itaque praecepto-
ris sui calcaribus con-
citati, lasciviae campos
peragrare, quam ortho-
doxorum patrum sanc-
ti inter Septa continentiae
coerceri. Huc ubi con-
venissent, et Joannes Wi-
ckius Doctor et Syndicus,
qui cum Hermanno Til-
beke Consule, aliisque se-
natu viris legatione fun-
gebatur, totius Reipubl.
Nonas: nomine, ejusdi-
danorum Legatos salu-
tasset, iisque quod secum
agendi copiam fecerint,

gra-

gratias egisset, simúlque
omnia tranquilla in aug-
mentum Suarum Rerum
publ. precatus fuisset,

Sic orditur:

Ita præsentis temporis
et vitæ cursus, incertis
periculis atque eventis
involvitur: ita hominum
dolis, ac fraudulentæ ma-
chinationes efflorescunt;
ita malignitate quo-
rundam efferveſcunt, ut
prætextu amicitiæ, favo-
ris et benevolentiæ, livita-
tes hujus Diœcesis omnes
sublatis libertatibus, im-
munitatibus, privilegiis,
moribus antiquis atque
salutari proposito pre-
pe-

pedito eversa sese cupiant,
Alis autem malis ma-
jores nostri communi in-
ter civitates firmato foedere
occurrerunt. Quod si
tam sancte, tamque reli-
giose ab Oppidis, foederi-
bus consortibus, quam à
Reipub. Mon: servatum
fuisset, multis incommo-
dis, molestiis et oppressi-
onibus, quibus Oppido-
rum jura hactenus con-
culsa sunt, jam dudum
via fuisset praeclusa. Ju-
dum vero Civitas Mon:
foedus illud violatum
esse animadverteret, per-
mittere non potuit, quin
de culpâ ruptis foederis,

ali-

aliisque rebus eodem per-
tinentibus cum Oppidis
serio agat. Legati Oppi-
dorum sciunt, urbem
Mon: fidei et religionis
causa varias molestias
et afflictiones hoc anno
pertulisse et quanquam
Senatus, Tribuni, Mecha-
nicorumque Praefecti to-
taque adeo Respublica
in his angustiis et affli-
ctionibus, consilium, au-
xilium, opemque ab Oppi-
dis confoederatis flagi-
taret, nihil tamen pra-
sidii aut propugnatio-
nis impetrare potuit,
ad externa itaque Elec-
torum Principum, Co-
mi

mitum et Civitatum præ-
sidia confugiendum erat,
quorum pacifico inter-
ventu, maximè tamen
illustris Hessorum Prin-
cipis authoritate et sua-
su[p]: cùm à Principibus
Comitibus, Nobilibus, a
Urbibus christiani a
Smalcadico foederis transi-
genda, paranda[que] rei
negotium seriò datum
est, omnis controversia
intercepta est, et attestan-
tibus monumentis pu-
blicis etiam a Obsidion-
sibus ac Warendorpen-
sibus, aliorumque Oppi-
dorum nomine signatis
feliciter per Dei gratiam
sopi-

Sopita est. Male autem habet Consules, Senatúsque ac tota Respub: quòd in tam piâ, christianâ ac justâ causâ, consilio, ope, omnique præsidio sint destituti. Neque hoc in excusationem adferri pot, est, quòd in fœdere, quo Civitates mutuò sint devinctæ, Papa, Ecclesia, Rex Rom: ac Princeps noster excipiantur, vel quòd Satrapæ, ac Præfecti Principis fœderi servando interceperint, quasi non ex utraque parte non auditâ, neque jura discussa deserendi sint, aut Oppida

ppida à verecundia ser-
vandi foederis, eo modo
deterreri debuerint. Hu-
jusmodi enim exceptiones
in causâ religionis et fidei
locum non habent, cùm
eaves secundùm naturam
suam ad generalis Con-
cilii decretum pertineat.
Itaque Mon: præsidii
inopes contra vim atque
injuriam etiam in cau-
sâ fidei et religionis usque
ad Concilii decisionem
à reliquis oppidanis
defendendi erant. Quòd
autem Oppida se à Mon.
Regno distrahi passa
sint, sibi non parum
commodi hinc accidere

posse,

posse. Se enim eo felici-
tatis nondum deveniſſe,
ut auxilio, defenſione,
aut propugnatione in-
terdum non egeant. Se-
natus quidem et tota civi-
tas Ronaſt. foederis re-
ligione mota, semper op-
pidorum commodum et
emolumentum libenter
quæſivit, ac ut eorum
libertates, privilegia, ju-
ra, immunitates, omni-
aque, quæ ad pacem
pertinere viſa ſunt, non
ſolùm conſervarentur,
verùm etiam ſalutari-
bus incrementis auge-
rentur, ſingulari ſtudio
egit, verum cum oppidi-

fide

fides foederis sit violata,
Monasterienses a beneficiorum obligatione jure solutos esse, pactorum ratio suaderet. Nam quemadmodum commoda et lata, ita quoque incommoda et tristitia inter socios ejusdem foederis communia esse debent. Ut cum antiquitus receptum sit, foedera et pacis interdum renovare, ac pro temporis, rerumque ratione et contrahentium arbitrio mutari posse, proinde utrinque expediri putatur, ut alia pactionum ratio et forma pro praesentis temporis

habitu

habitu incatur, describa-
turque. Ideo Oppida hu-
iusce conuocata, ut ea,
quæ ad hanc rem confi-
ciendam necessaria esse
videbuntur, inter se con-
ferant. Et si fides pa-
ctorum sit futura, sive
ea mutentur, sive con-
tractiùs, explicatiùsve
pro temporis, rerúmque
ratione, concipiantur.
Senatui, totáque Respubl.
Monast: dissimulata
superiori violentia s: ne
tamen simile quicquam
in posterum designetur: s
nouo foederi sese com-
mittet, etsi opus sit, op-
pidi præsidium non

negabit.

negabit. Ita enim fiet, ut Civitas Monast. reliquas oppida omnia, foedere non soluto, pro una Diœcesis parte seu statu habeatur. Quid horum facturi sint, secum deliberent, et Sanctitati propemodum respondeant.

Hæc Legati Oppidorum sibi longa consultatione opus non esse, se enim jam pridem responsum deliberaturum habuisse. Primum itaque respondent, se pacta antiquitus inter urbem et ipsa non rupisse, sed Civitatis Monast. culpa dissoluta esse, cum contra Pontificem, contra

Eccle-

1286.

Ecclesiam, contra Imperatorium dictum, et contra patricæ Principem, qui in tabulis fœderis signatis, sint excepti, nova milita inconsulte invexerit: multò magis igitur, Oppidis querendi causam, de violatâ per Monast. fœdere datam esse, scito et anno superiori 30 octobris responsum sit, deinde se in præjudicium Principis, aliorúmque Fœderis Ordinum seu Statuum sine eorum consensu et authoritate, quorum maximè interest, pristinum fœdus, neq3

mu-

mutaturos, neque in quæ-
libet suâ parte amplifi-
caturos.

Hoc Oppidanorum
responsum Legati Mon:
indignè tulerunt, cùm à
sententiâ suâ Metropolis
dissentire auderent.

Sed ut sine contentione
conventus ille dissolvatur,
obtruditur illis à Legatis
penitius secum deliberandi,
prudentiùsque respondendi
tempus.

Sin 21. Martii post
longum justitium et
diuturnam juris dictio-
nis intermissionem, Le-
gator Urbis Episcopa-
lis J: qui absentis Judicis
vicem

vicem explere consuevit, tribunal convertentibus iterum aperuit, causásque motibus civilibusque intercepta, et aliquamdiu suspensas jus cuique dicturus resumit.

Warendorpenses etiam hac tempestate in religionis negotio dissentire manifestè incipiunt, cùm Gerardus Steinmannus ac Hermannus Regewardus eadem Dominica latare, quæ fuit 25. Martii contraria penè coram eo parentur, unde magna civium contentio exorta est. Steinmannus enim

enim antiquæ ædis sacella-
nus, antiquæ. Regewar-
dus vero novi templi Pa-
stor nova publicè docuit.
Nam ille panem à Sacer-
dote ritè ordinato confe-
ratum, verum corpus et
sanguinem Christi esse, et manere,
etiamsi in receptaculis
lapideis, triginta aut
centum annis conclusum
conservetur, idemque à
Sacerdotibus pro Eccle-
sia in altari quotidie
offerri. At hæc auricu-
larem confessionem ho-
mini ad salutis negó-
tium necessariam esse,
neque id ostensurum
in frequenti oratione,
docuit.

dicit. Si vero è diverso à Lotmanno doctus, cum quo collusionem et consuetudinem habuit, ut multa litera, utrimque missa, testantur: / de cœnâ Domini si docuit Christiani cœnam Dominicam celebraturi secundùm Christi institutum ac Pauli præceptum illud facere debent, et quicunque cœnam illam Dominicam ita usurpaverit, illi fiet corpus et Sanguis Christi in remissionem peccatorum. Si verò ita usurpaverit manet, sicut et antè fuit, panis.

neque

neque perendum est /: inquit :/ ut in lapideis, aureisve receptacul is conclusis ado= retur, cùm Solus Deus sit adorandus. Praterea, cùm Christus semel semet= ipsum in arâ crucis pro peccatis hominum, in se credentium, Deo Patri obtulit, neque ullum ali= ud Sacrificium apud Deum Patrem unquam proverit.

Hæc cùm ad Senatum referrentur, Senatus u= trinque Concionatorem 8. Aprilis concionum suarum rationem ex= acturum, in curiam vo= cat. Civiliq enim con=

cor=

cordiæ dissolutionem fu-
turam metuit, si pugnā-
tem doctrinam intra sua
mœnia patiatur, confes-
sionem ergo fidei sua
ab utroque sibi præsente
scriptam exigit, Ab-
que Steinmannus si-
dem suam a Concioni-
bus suis non esse alie-
nam, et quæ in con-
one publicè discerit,
se, si opus sit, coram
quibuscunque doctis
defensurum, respondet.

At cùm Senatus ejus
rei scriptum poscere-
exemplum se illud 10.
Aprilis daturum polli-
cetur, quo etiam die

fidem

fidem exsolvit.
Similiter Regewardus doctrinam suam se de-
fensurum recipit, et con-
fessionem suæ doctrinæ
scriptam Senatui obtulit.
Senatus utriusque scri-
ptum altius examinat. Se,
cum favor ad Regewardum
inclinaret, confessionem
Steinmanni obscuram
esse, nec eam se intelligere
simulavit. Proinde
15. Aprilis ejus explica-
candæ gratiâ ad curiam
revocatur. Ille se venturum
esse negat. Quare octo
viri à Senatu mittuntur,
qui explicationem ab illo
extorqueant, quibusque
scri-

Scriptura Louis sua com-
probaret. A hoc se
facturum negat, se enim
Senatui Harendorpensis
imperio non subjectum,
se coram doctis, suoque
Magistratu, non coram
literarum imperitis, nec
ab adversarii doctrinâ
pendentibus, causam
suam acturum.
Cùm verò Senatus nil
certi ab Steinmanno
consequi posset, legati-
onem, consilii capiendi
causâ Concionatores, Mo-
nasterium, aliarumque
urbium mittit.
Dii cùm Regiomontum
bene concionatum esse,
re-

respondent, certatim ejus
doctrinam cives amplec-
tuntur, certatim in templis
germanicos psalmos can-
tillant. Jubetur itaque
Steinmannus silere.
Regewardus vero Concio-
natorum judicio fretus,
nec non favore Senato-
rio et populari tutus,
majori quam hactenus
parrhisia utitur, nec quid-
quam jam, quod a Do-
ctrina praeceptoris sui
Lotmanni alienum sit,
docet,
Ipse autem Hollandus
civis, imo Senator Ham-
burgensis pra reliquis
Regewardi concionibus
in

inflammatus in Fanum
S. Annæ consecratum,
juxta oppidum situm,
suâ authoritate, quâ pol-
lere arbitratu est, irruit,
illudque ornamentis, cam-
panulis, cera, linteis, a-
liisque sacrificii et
oblationibus denudat et
spoliat.

Princeps talem Cleri
asten, qui sacramen-
torium doctrinâ civis
contaminaret, ibidem
non esse ferendum puta-
vit. Itaque Dominum
Hermannum Jüngel
Archidiaconum Ja-
rendorpensem per scripta
admonet, ut, cùm sibi
sit

sit muneris, talem Doctorem cõerceat, aut si in eâ doctrinâ perseverave-rit, removeat, se operam suam non denegaturum sibi. In hac re vir ille multùm, sed non satis sollicitè laboravit, cùm Pegewardus non solùm illius oppidi plebeculam, verùm etiam totum ferè Senatum in suam sententiam pertraxit. Tandem ubi Reipubl universam in periculum, imo in irrevocabile exitium præcipitatam set, infirmiore à sylo relicto non se recepit.

Evangelici interim

in

1298.

in urbe Mon: inita obli-
ti concordiæ ad ingenium
suum redeunt, nec sibi
ab assiduâ novatione
temperant.
Nam Hermannus Tibbe-
ke Consul, Joannes Ger-
derinck patricius, Mi-
chael Nordinck, ma-
gnus Sticker, cum qui-
busdam aliis, ejusdem
factionis hominibus
24. Martii ab Archi-
vestali Transfluviani
coenobii victum pro
suis concionatoribus
efflagitant.
Illa post deliberationem
8. dierum respondet,
se in gratiam pacifi-
cia-

cianorum ipsos ad com-
munem et frugalem
quidem Dominorum men-
sam ad festum Pente-
costes recepturam, ut i-
psis interim aliunde
prospiciatur.

Ecclesiastes quoque
Bergrianus VI. Martii
fracto Eucharistiæ re-
positorio eam in con-spe-
ctu multorum in tres
partes divisit, quas ori-
bus dispersas, hic, inquit,
Deus vester est. Dici
non potest, quam his
verbis simplicium ani-
mos offenderit, quan-
quam ancipites in reli-
gionis negotio reddiderit.

Belholt

1300.

Bellhoebt etiam judex civitatis profanus eodem die, cum quorundam senatorum comitatu, Franciscanis, decretum Senatus esse, nunciat: uti vel mutato habitu coenobio sine ignominiâ sponte sua excedant, vel severiorem Sententiam magno suo malo exspectent. Senatus enim otiosos et validos mendicos Reipubl. prorsus inutiles intra sua moenia non laturum. Cùm autem coenobia initio nascentis Ecclesiæ non otiosorum, seu Epicureorum propinquorum conscientiarum

er-

ergastula, sed honesti exercitii, officinæ pietatis et bonarum literarum sine vinculis ullius voti scholæ liberrimæ fuerint, unde viri docti ad Ecclesiarum gubernacula, quoties opus erat, ex complete, quasi penu, deprompebantur. Senatum autem ad hujus primævæ Ecclesiæ faciem delectis abusuum nevis omnia p. quod ejus fieri queat i revocaturum, scholamque publicam in hoc loco erecturum. Quid itaque horum faciendum sint, post brevem deliberationem respondeant.

Quar-

1302.

Guardianus post dies octo [illegible] quod spatium ad deliberandum datum fuerat, respondet: Se non novos, neque inusitatos vivendi modos jam primum introduxisse, se vestigiis majorum suorum insistere, se jure, eoque sine injuriâ alterius acquisiti, sibique per successionem continuam traditi, uti se sine ullius civis incommodo in urbe agere, viâ jure publicâ usurpare, se nullius opes mendicando minuere, ab externis se vitæ præsidia quærere, liberalitate eorum civibus nihil detra-

detrahere. ferat proinde
Senatus clementer, quod
sibi non obsit, quod civili
libertati non deroget, sinat
Monachos sine invidia
suo more vivere, suo habi-
tu incedere, suo amictu
vestiri, suis parietibus
et tecto operiri, sit illis
sua domus tuta, recepta-
culum exilio innocentia
non mulctetur, structu-
ram Coenobii esse am-
plissimam, quae et Mo-
nachos, et magnum Dis-
pulorum numerum ca-
pere possit, hujus usus
sit, utrisque communis,
hoc munere, cum aliud
non habeant, sed gra-
tissi-

tificarri Reipubl: cui etiam plura et majora à se debere intelligant.

Nova itaque Schola Senatus impensis erigitur, quam et novo nomine Evangelicam, cui Joannes Glandorpius praficitur, veterem vero Veteris Primarii papisticam vocant, nec oppidani novâ persuasione inducti dubitant, evangelicam ut nomine excellentiorem, ita et illam alterâ discipulorum multitudine brevi exsuperaturam. Cum tamen lectorum numerus auditores fere aequaret et intra pau-

paucos menses contueret;
illi vero nihil defreſceret.
Eodem die VI. Martii
Gerhardus Kibbenbrouk
atque Bernardus Knipper-
dolling cum factiosorum
cohorte è templo ad coemi-
terio D. Lamberti omnia
ferramenta ope fabrorum
dirijsiunt, unde ambitus
altissimæ Speculæ ita præ-
munitur, at vigiles in tu-
telam urbis excubantes
securiores redditi, metu
subiti casus eximantur.
Ipso die Dominica quæ
fuit XX. Martii in
templo D. Ludgeri pri-
mam coenam domini
cum suo ritu præpara-
tam

tam celebrant.
3. Aprilis Hermannus Tilbeck Consul, Ludgerus Thom Brinke atque Bernhardus Rotmannus Superintendens, magna civium comitante copia, duos Concionatores in templum Franciscanum honorificentissime introducunt, ibi tunc Lotmannus de Soelici evangelii Successu, de coena Dominica, deque duorum jam introductorum curybantium laude prolixam ad populum concionem habuit.
Eodem die Princeps ad minores civitates scribit

bit, sibi relatum esse, quos-
dam suorum oppidorum
incolas se in templa ingerere,
suis cavtionibus novis
et insolitis antiquas et
usitatas coeremonias abro-
gare, novas substituere: sim-
plicem plebeculam seducere,
rebellionem tam adversus
Ecclesiasticum, quàm civi-
lem Magistratum mo-
vere. Se igitur Senatus in
singulis oppidis monere,
ut sedulò vigilent, ne
talia intra moenia sua
committantur, et trans-
gressores certis poenarum
repagulis, ut tardiores
ad ista designanda sint,
coërceant, se post inau-
gu-

guratione[m], si quid abu-
sum diuturnitate tem-
poris irrepserit, emenda-
turum.

Idem scribit ad omnes Sa-
trapas et Prefectos totius
Diocesis Monasterien[sis].

5. die Aprilis Sena-
tus per Gerardum Tibben-
broik et Joannem Hinde-
möller Senatores Priori
in Hispirckhoff interdi-
cit, ne quemquam con-
fessionem auricularem
facientem audiat.

Eodem die factiosi
in templum Franciscia-
num impetum faci-
entes tabulas altarium
depictas diripiunt. Sta-
tuas

tuas confringunt, imagi-
nes divorum irrasis pari-
tibus deturbant, et confun-
dunt

Ipso die palmarum qua
fuit 6. Aprilis, in tri-
bus parochiis simul, Re-
giana, Martiniana et
Transfluviana cenam
Dominicam solemniter
suo more faciunt, et sin-
gulari quadam, contu-
maciter dissentiendi a
catholicorum institutione
libidine accensi, Paschа-
lem diem celebrare viden-
tur. Quam rem Lot-
mannus in parvecia
Transfluviana presens
regebat, vel quod ea esset

civi-

civium numero amplissima, vel quòd Consulibus utrisque in istâ parochiâ commorantibus, quos evangelico Spiritu æstuare cognoverat, applauderet, vel Concionatores novorum rituum adhuc ignaros juvaret et doceret.

Ad hanc coenam bona pars Virginum Vestalium accedit, qua secturam nuptialem sperabant. Jam de habitu mutando meditatur, liberioremque vitam in animo agitant, psalmos a Luthero transformatos alternatim cum populo in templo cantillant, et maxi-

mè

me verbum: psalmo 124.
laqueus contritus est, et
nos liberati sumus, per
nare crepitant.
7. Aprilis Templum, S:
Servatio dedicatum, de-
jectis Statuis, deletis-q;
imaginibus diripiunt.
8. Aprilis Senatus Tra-
ciscanis confessionibus, con-
cionibusque; Fratribus
vero Pontificalientis di-
stributione hostiarum, qua-
ex simila et tritici flore
in usum coenae Domini,
ea formam interdicit.
9. Aprilis Knipper-
dollinck quorundam
factiosorum colluvie sti-
patus Summum templum
transi-

transiens ad Sacerdotem
ibi sacrificantem ait
voce: Tu, inquit, fame
lice, sacerdos nondum
satis Deorum devorasti
quibus verbis omnium
ora, vultusque in se con-
vertit.

14. Aprilis Pelholt
cum suis complicibus
in templum S. Ludgeri
irruens, omnia ferramen-
ta aufert.

Sequenti verò die 15. Apr.
Altaria denudant, tabu-
las depictas comminuunt,
statuas dissecant, ima-
gines parietum super-
illatâ calce contegunt,
ornamenta depraedantur,

atq;

atque omnia prophanant. Ad hoc Spectaculum cùm multi accurrerent, et indignum facinus esse, clamitarent, à suis majoribus donata et divino cultui destinata sic deturbare, sic pervere, sic in prædam vertere, ipsos fures, et sacrilegos omnia verecundiâ et pietate destitutos esse vociferantes. Inde magna vocum contentio, ingensque seditio exorta est, et nisi pacificorum hominum interventu motus fuisset compositus, ad arma utrimque non sine certâ clade ventum fuisset. Postridie Bel-

holt

Rott cum Suis, gravi que-
rimoniâ rem ad Senatum
defert, Sibi, Suisque in-
tollerabilem injuriam â
quibusdam civibus illatam,
maculam sibi perpetuæ
ignominiæ inustam que-
ritur, se istam infamiam
nunquam benigne laturos,
sed ipsos ad pœnam et com-
meritum Supplicium
vocaturos. Se enim neque
fures, neque Sacrilegas
appellari posse, qui præ-
cepto Dei Satisfacturi,
idololatriam amovere,
et radicitus evellere, Deique
Solius gloriam ab omni
injuriâ vindicare conati
sint, rei vero carcerum
ter-

terrore /: quod sibi paratos
esse sentiebant :/ audacti omni
a recantabant, et se subita
iracundia, quam cohibere
nequiverint, ista interim
speranter effudisse, profiten
tur. Se itaque sibi de
menter ignosci, postulare,
Hoc autem violatores tem
plorum poenam bene com
meritam evadunt, Senatui
enim pauca ex officio, sed
multa dissimulanter agit,
unde factiosorum animi
ad quevis perpetranda
animantur. Quevis e
nim in templis parocia
libus ex transactionis
foedere sibi liere existi
mant, dum sibi à tem
plo

plo Dominico temperent.
Postquam in transacti-
one superiori per Land-
gravii Consiliarios facta
articulus comprehendatur,
quo reditus quondam per
munificentiam civium
in usus memoriarum
Kalendarum et fraterni-
tatum collati ministris
Ecclesiarum et pauperi-
bus ascribuntur, unde
sonatus occasione sum-
pta ab omnibus collegiis,
quibus parochiae sint an-
nexa, ornamenta et li-
tera reditum, signatas exigit,
causam praetexens, cum
a civibus sint collata,
ne a Clero inutiliter de-

co-

coquantur, atque absuman-
tur, utque ex literis de-
prehendanti memoriam
Kalend. et fraternitatum
fundationes, ne transacti-
onis pacta sua negligen-
tia aliqua in parte cor-
ruant.

Eodem tempore domum
Decani Luigeriani, quasi
parochi sedem, occupant.
Princeps autem Senatui
scribit, ut ab his factis
sibi ad proximas Pascha-
lia Comitia temperent.
Senatus respondet, se
nihil agere, quod a pactis
transactionis sit alienum.
Princeps ista ad Sena-
tum non pertinere, sed

potius ad se, qui sit ordinarius, contendit.

Oritur itaque hac de re nova utrinque controversia, et multa utrimque scripta mittuntur. Tandem Princeps sedativorem se in his rebus exhibet. Collegiis tamen per scripta 29. Aprilis mandat, ne ornamenta suorum templorum et monumenta redituum consignata cuiquam tradant. Variis ergo consiliis, multiplicique pretextu, senatum ea saepe postentem callidè remorantur, donec urbe efferentur, et senatum aliis rebus occupatum ea exigere tor-

deret,

deret.

Cum itaque omnia parata esse putarentur, ut Episcopus plenam totius Diœcesis administrationem consequeretur, et Non: multarum rerum novatores jurejurando sibi quoque devinctos haberet, de ipsius introductionis inauguratione cœptum est agi. Omnibus ergo ad hanc rem pertinentibus comparatis, ipso die Dominica Jubilate, quæ fuit 4. Maii cum instructissimo equitatu Woltbeca egressus, quo pridie ejus diei venerati, Monast. contendit. Clerus Primarius circa horam

horam decimam ultra centum ferociſſimos equos in expeditionem educens gratulationis cauſa Principi obviam proceſſit. Et cùm Scholaster nomine Capituli ſolicem illi adventum precatus fuiſſet, cum ſuis in urbem rediit. Senatus autem coactis è civium numero aliquot equitum turmis circa horam duodecimam ad Principem liberum commeatum ſive publicâ eidem addicturus urbe exit, cùm jam 20. circiter Stadia ab urbe abeſſet, in planitie terræ ampliſſimâ, quam Zeiſten

ap-

appellant: ubi juxta vi-
am publicam in ædicula
Statuaria quidam Divo-
rum simulachra conser-
vantur: Principem ora-
ritur, atque ibi in col-
liculo solemni jurejuran-
do ab illo accepto regre-
ditur. Princeps autem
suis ita in ordinem di-
spositis, ut ipse cum tri-
bus suis, aliisque
omitibus ac Primariis
Pivecesis medius clau-
deretur, pedetentim sub-
sequitur. Interea cives
in diversis primum ce-
miteriis armati coëunt,
Mechanici tamen ple-
rique cum suis signis
mili-

militaribus Franciscano-
rum aream occupant,
inde ad campum Domi-
nicum omnes simul
conveniunt, ubi aciem
non aliter, ac si in
prælium jam jam exi-
turi essent, instituunt,
quam minorum oppi-
dorum cives aliquot
à Senatu Monasti-
vocati adaugent. Sein-
de cum Principem urbi
vicinum esse, ex reditu
Senatûs cognoscerent,
per manipulos in fo-
rum potissimùm, et
singulas urbis plateas
custodiæ causâ fun-
duntur, quas etiam
ca-

catenis ferreis transversim ductis, contra subitum equorum impetum: si necessitas postulâsset: concludunt; magna tamen armatorum civium pars utrumque latus plateæ Regiæ: sic enim appellatur: per quam Princeps moenia subit, denuò ad acie ad campum usque Dominicum munit, Clerus quoque totius urbis sui muneris memor, ad campum Dominicum stolis albis amictus confluit. In primo urbis ingressu Princeps longo funi, quem ante portam Ludgeri

gerianam ejaceret, ma-
gnam pacinosam turbam
duces, multis bombardarum
tonitruis excipitur. Et
cum ad templum S. Lau-
gero Protoprosulis: cujus
Successor futurus erat: /
veniset, obloquia et ca-
lumnias Evangelicorum
bona opera viventur, evi-
tans non jam Ipse de
equo descendit, ne a quo-
piis istius Collegii de
more exceptus, precatio-
nem pro felicii auspicio
in urbem pertulit, sed
per suos militaris ordi-
nis ministros sine
popularii strepitu con-
suetudini satisfecit. Ipse
vero

vero non interrupto equi-
tatu ordine ad aulam
suam contendit, Aúmque
veniset sub fornicem / quo
itur ad campum Domini,
cum, cujusque forma et
arcuata lapidum compa-
ges Sacellum Michaeli
Archangelo dedicatum
in sublimi sustinet / ex
equo descendens / quem
Archi satrapa Diœcesis
in Ꝺ̃ iſcẽſerivit̃ suo jure
statim abduci jubebat /
per gradus lapideos ad
sacellum ascendit, ibíque
juxta altare ardentibus
cereis pictísque tapetibus,
ac Serici pulvinaribus
exornatum, Supplicati-
one

one, ad Deum sactâ, mu-
neréque aureo oblato au-
lam Suam Sacello conti-
guam ingreditur, ac su-
perius indumentum ex-
uit, quod nisi pecuniâ
redimatur, pastor illius
Sacelli jure suo sibi vin-
dicare solet, inde veste
ad talos defluente sto-
lam candidam et petagi-
um sacrum, cujus lasci-
vias aurea fibula in pe-
ctore coprdat, superin-
duit, ac per eosdem gra-
dus descendit, quem ali-
qui nobilium aulicorum
paria præcedunt, et qua-
tuor Sacellani è nume-
ro primarii Cleri delecti
bom-

bombicinis pallijs super
stolas amicti pone sequun-
tur. Clerus præterea,
cui duæ cruces auratæ,
totidemque faces ardentes
præferuntur, per ostium
paradisiarum Dominico
templo longo ordine egres-
sus, Principem cum suo
comitatu descendentem
excipit, et non sine magno
populi concursu: quem
tamen Satellites armis,
et lictores scipionibus suis
arcent. / per idem ostium
redit in templum, Adum
Clerus in arca templi ali-
quos hymnos psallit, Dum,
ceps in fronte altaris S.
Paulo dedicata, cereis

ar-

ardentibus, auro, argento
seriis pulvillis, reliquisque
Sanctorum Martyrum
decorati, provolutus ad ge-
nua supplex ad Deum
fuas fundit preces, fini-
tis Hymnis, et aureo dono
altari illato Cantor in
laudem D. Pauli car-
men personat, interim
totus Clerus psallens cho-
rum ingreditur. Prin-
ceps vero cum ad chorum
veniset, petagio ibi exu-
to Clerum primarium
ad Capitulare condave
præstituru jusjurandum
subsequitur. Interea Cle-
rus secundarius in chorū
reditum, cum silentio ope-
ri-

peritur. Le autem in capi-
tulari condavi peracta re-
dit, atque in pede summi
altaris Decano et Sacella-
nis astantibus genua sub-
mittens, tertio Deum pro
felici Diœcesis adminis-
tratione oblato et hic
munere precatur. Inde
commitantibus iisdem
sedile Episcopale magni-
fice stratum conscendit,
singulis tamen pro cu-
juscunque dignitate suas
sedes in choro occupanti-
bus organicem indicio præ-
centoris sujsione sibi
facto, organa in divina-
rum laudum præconia
solvit, alternoque versu
lau-

laudem Dei concinit, quæ finita ad Sacellanis fratribus, nobilibus, clientibus, beneficiariis, aulicis, Satellitibus, magnoque ministrorum turbâ exceptus, per horologii ostium eundem magnificè cœnaturus ad suam aulam reducitur. Postera vero die, quæ fuit 5. May inter octavam et nonam longâ aulicorum pompâ præeunte, et Sacellanis sequentibus, sacram auditurus ad templum redit, interea totus Senatus urbis in campum Dominicum jusjurandum præstiturus exit, finito

itaque

itaque Sacro Princeps para-
disiacis valvis egressus, et
solemni jurejurando accepto
Clerum primarium, Sena-
tumque prandio excepit.
Die Martis hoc est 6. May
peracta cœnâ, repotia, seu
secunda mensæ omnis ge-
neris tratagemata magni-
fici apparatu in curiâ
civitatis instructa sunt,
quibus Princeps cum
patribus suis, proceribus
Diœcesis, Aulicis, Virgini-
bus, Matronisque nobilio-
ribus se oblectavit, bo-
namque noctis partem
cum tripudiis absum-
psit.
Hinc Monast. digressus
alia

alia quoque successis op-
pida injurata peragrat,
et primùm quidem oppi-
dorum occidentalium fidem
sibi astringit, inde ad o-
rientales civitates pera-
ctura.

Interea Warendorpenses,
cum exemplo suæ metro-
polis, pleraque in religi-
one avitâ et cœremoniis
priscis mutâssent, sibi
metuunt, ne in hac au-
guratione insolentiam
istam suam, Princeps
manu vindicet, sicut
superiori nempe 1532.
Hermannus de Weda
episcopus Paderbornen-
sium rebellionem coer-
cuerat

cuerat, cujus rei recens
exemplum multorum ci-
vium animis adhuc inse-
derat. Proinde de numero
armatorum equitum in-
tromittendo, quibúsque mo-
dis se adversùs vim Principi
pis si forte opus esset:
munirent, consultant, pe-
titum bombardas, pulve-
rem nitratum, aliáque
ejus generis arma Monast-
mittunt. Quæ ubi sibi
negarentur, cum muniendi
fiducia metum omnem
deponunt, et re altius
considerata, nihil sibi
hostile ab Episcopo suo
timendum esse, existimant,
maximè cùm Monast:

quo-

/. giorum religionem tan-
quam Simii sint imitati/
Legatos suos in Comitatu
Episcopis habeant, quibus
inconsultis Princeps
nihil sit acturus.
Dominica ergo exaudi-
que fuit 25. May Wa-
rendorpiam cum medio-
cri equitatu ingreditur,
et omnis rebellionis ac
injuriae quasi oblitus
pacificam atque beni-
gnum Principem se exhi-
bet; vindictam tamen
transgressionis in aliud
tempus visus est differre.
Warendorpenses vero be-
nignitatem Principis
tempore inaugurationis
ex-

experti, ipsum vel omnium injuriarum oblitum, vel nihil contra se et Evangelium audere existimant, maximè cùm suam Metropolim sibi Evangelii nomine faventem habeant. Hac itaque impunitate sibi proposita prima furii in templa irruunt, altaria demoliuntur, statuas securibus dissectas per murum in Amisum praeterlabentem conjiciunt, imagines pictas rasis parietibus aut calce illitis expungunt, tabulas frangunt, ornamenta diripiunt, ac inter se partiuntur. Hujus furio-

si

1336.

S. Spolii præcipuus auc-
tor erat Bernhardus Hep-
pelmannus Aditum, qui et-
iam pastori rem divinam
ipso die pentecostes per-
acturo, ut seditiosis ap-
plauderet, pallia sacra
subtraxerat, et amaris
saepe convitiis per lasci-
viam catholicos prosci-
dere audebat. Hi &
Alenses et Sexthe-
menses Varendorpensi-
um furore imitantur, atq;
è suis templis calices
auferunt, Sacramenti
repositorium et lampa-
des frangunt, æneis
candelabris raptis suos
cenacles ornant, vexilla
disce-

discedant, et abjiciunt.
Princeps vero hanc vim
et templorum depraedatio-
nes aegerrimè ferens 6. Junii
per literas hac tria op-
pida admonet, ut se ab
omni novatione religionis
et ceremoniarum absti-
neant, omniaque è templis
rapta reddant, et restitu-
ant, fracta reparent, et
concussa restaurent, se
suo tempore in concitatae
rapinae capita animad-
versurum.
Post aliquot autem heb-
domadas hujus motus
capita extra muros ha-
rum urbium praeter spem
suam à Satrapa Sapen-
burgi,

burgico jussu Principis ca-
pta, temeritatis suæ datu-
ria pœnas Vechtam ab-
ducuntur.

Ubi verò Ecclesiastæ in-
telligerent suorum nume-
rum captivitatibus atque
suppliciis minui, serio
quidem in initio lugent,
non tamen segnius mu-
nitione urbis et tutelâ
Senatûs confisi schisma-
ticam suam doctrinam
propagare pergunt;
sed multò alacriùs cer-
tatim eidem insistunt,
quasi afflictione et per-
secutione; more Apostó-
lorum: ardentiores in
Evangelii negotio pro-
moven-

movendo affecti esse videan-
tur, unde tanta sibi pie-
tatis et eruditionis opinio-
nem, non solùm in urbe
inter factiosos, verum et
iam inter aliarum natio-
num populos famâ augente
omnia complevereunt,
ut multi istius Evangelii
amore illecti, aliunde huc
confluerent, eosdemque
concionantes audirent,
inter quos non extremum
locum Joannes Wiclefus
Leycestrensis Carmelita
tenuit: qui autem
sequenti mirâ quadam
sorte ad regiam digni-
tatem in eadem urbe e-
vectus est: / hic cùm exi-
mi-

mios Concionatores Mon-
ese intelligeret, evangelico
Spiritu ductus, patriam,
uxoremque sciam clan-
culum deserens, circa
haec tempora Monasteri-
um venit, ac Hermanni
Lamers hospitio ad 25.
Julii usus, doctrinam
non solùm publicam,
sed et privatam Concio-
natorum suggestione
traditam didicit. Inde
Osnaburgam profectus,
quæ didicerat evomuit,
Verùm cùm Anabaptis-
mum clàm inter cives
serere inciperet, urbe pro-
fligatus est. Reversus
itaque in patriam cum

Joan-

Joanne Matthisone
Gerard Thum Closter,
aliisque quibusdam Spiri-
tum Anabapticum
crepantibus de pædobapti-
smo clanculum agit, et
argumenta, quibus ille
expugnari queat, inquiri-
untur, et conscribuntur.
Sua meditatio adeo Lei-
dani ingenium exacuit,
adeoque obsedit, ut vel ex
tempore suam doctri-
nam defensare auderet,
et nihil præter Anabap-
tismum somniaret.
Quomodo autem, et quan-
do Monasterium redie-
rit, suo loco dicetur.
Alenses etiam circa

1342.

ca hæc tempora lasciviæ
et insaniæ incipiunt. Nam
2. Junii Principi supplicant, uti et sibi exemplo
suo Metropolis Loncionatorem habere liceat, qui
Evangelium ad gloriam
Dei et animarum suarum
salutem pure doceat.

Respondet Princeps,
ut se à religionis et cæremoniarum novatione
contineant, ne in calamitatem ineluctabilem se
præcipitent.

Cùm Princeps inauguratione facta, omnia
sibi Diœcesis oppida juxta
rejurando affirmasset,
plenumque jam domi-

ni-

nium assecutus fuisset,
necessitate ita postulante
dioecesana comitia in loco
antiquitus ad publicam
consultationem recepto
4. die Junii peragenda
indixit. Nomen autem
loci Laerbrok a Laer,
campio quondam villico
ibi vicino, hus Princeps,
reliquique Dioecesis ordines
confluunt, Monasterien-
ses vero omnium sagitta-
rionum praesidio muniti
adsunt, quibus ad subi-
tam eruptionem res ita
exigente uti consueverant.
Huc etiam cibus, vinum,
et aliquot cerevisia vasa
convecta sunt. Ibi tunc

Prin-

1344.

Princeps, quæ ad communem Diœcesis utilitatem visa sunt pertinere, per oratorem suum ordinibus in consultationem proponit. Qui ut multitudinem consultantium in compendium mittant, paucos viros, eosdem graves, prudentes et opere nobile deligunt, in quos omnē decidendi, statuendique authoritatem, quod publice utile sit, transfundunt, qui de more cum Principe, Monasterio ac Oppidorum Legatis in urbem altius, dere, in comitiis propositā consulturi se se reciperent.

Verùm

verùm nemo eorum qui, quam prater oppidorum Legatos muri, se credere audet, terrent enim ipsos superiora captivitatis Helvetica exempla, si forte Monasterienses pro arbitrio omnia ~~eorum~~ non succederent.

Post longam ultrò citrò, que consultationem commessatum subdio considunt, et cum liquoris advecti vis, ingenia quorundam civium excitasset, atque acuisset, tam acutè coeptum est de religione et fide disputari, ut Lanionis cujusdam minister acrioribus argumentis transfos-

sus

sus in actum omnium
expiravit, et plures alii
graviter sauciati in urbem
vecti sunt. Singulo quoque
urbanæ tribui eodem die
convivantur, ac Ludol-
phus Pork alutariorum
tribui, Poldwino lu-
tribui præfecto pollicem
dextræ manus ferro pre-
cavit atque cujusdam
helevesei in platea sa-
laria commoranti pal-
mam transfixit, hoc
vero crimen pecuniâ et
aliquot cerevisiæ vasis
expiatum est.

Inde cum Principi
multiplicibus curis et
sollicitudinibus pro sub-

Ditis

ditis suis immerso referre-
tur, Cospeldienses quoque
nova moliri, 8. Junii in
hæc verba ipsis scripsit:
Republicâ Sarnâ co-
gnovisse, ipsos explosis usi-
tatis, inusitatas cæremonias
suscepisse, et Concionatores
quosdam sine legitimi Ma-
gistratûs authoritate ad
se vocasse: unde nihil ali-
ud, quam seditiosum
schisma, inobedientia,
dissidium, et christianæ
concordiæ turbatio ex-
spectanda sit: non solùm
adversùs Cæsareæ Ma-
jestatis edictum et Im-
perii placitum, verùm
etiam contra proprium

suam

Suam fidem et jusjuran-
dum, Concionatoribus igitur
istis abactis antiquas cere-
remonias et catholicos tem-
plorum ritus in usu reser-
vent: si verò abusus irre-
pserint, se eos ita commu-
taturum, ne catholica
Ecclesia nitori et digni-
tati quicquam decedat.
Ad haec Cosseldienses
9: Julii respondent: se
non sperare, facta sua,
fama, de se foris sparsa,
consentanea, sed famam
longè majorem factis
esse. Etsi aliquid a
quibusdam schismaticis
clanculum intra moe-
nia sua coeptum fue-
rit,

rit, Magistratum tamen
authorem ejus non esse,
neque se alienum Concio-
natorem accivisse, quam
qui jam tribus ferè lu-
stris concionandi apud
se munere sit functus,
cui etiam serio præcepe-
rint, ne quam doctrinam,
unde schisma et dissidi-
um nascatur, ferat, se
quoque suos cives coër-
cituros, ne quid quod chri-
stianæ religioni, civili
concordiæ et receptis tem-
plorum cæremoniis ac
ritibus adversetur, am-
plectantur. Si verò ulla
novatio irrepserit, se
eam protinus repressuros,

negs

neque sedato fidei, neque praestiti juri jurandi reli-
gionem unquam negle-
turos, aut violaturos.
Cùm autem fama de
Cosseldiensium nova-
tione, ne jam dudum sparsa,
non extenuaretur, neque
sileret, Princeps ad eos-
dem 14. Julii sic scribit.
Se speràsse Cosseldien-
ses superioribus scriptis
et pollicitis satisfacturos
fuisse, ac petitionem suam
apud ipsos pondus ali-
quid habuisse, verùm
se nunc manifeste
comperiri, pollicitam
fidem ab ipsis violatam
esse, cùm insueta can-
tione

tiones vernaculas in tem-
plo cantillant, aliasque no-
vationes ceremoniarum in-
troducant. Se proinde ipsos
iterum admonere, ut obedi-
entiae memores concionato-
rem repudient; si verò illud
cum bona pace impetrari
non possit, se in Imperia-
lis Editi ac publicae pacis
tutelam et patrocinium ad
alia remedia necessario con-
fugiturum.

Scribit etiam eodem
tempore ad Monachum
quendam Seminarium ibi-
dem: qui in suspicionem
novationis apud Princi-
pem adductus fuerat: ut
se concionibus ad tempus

ab-

abstineat.

Monachus ille per
literas 15. Julii emissas,
Principi agit gratias quâ
maximas, quòd se mole-
stissimo concionandi one-
re, quod Senatus sibi impo-
suerit, liberet

Cassoldienses ad Supe-
riores Principis literas
17. Julii respondent:
Sibi non constare ali-
um terminariùm tribus
jam ferè lustris concio-
nandi munere functum
esse, Parochos autem suos
animarum curam haben-
tes avaritiæ nomine apud
plerosque cives male audire,
et singulis exploratissi-
mum

mum esse, quibus artibus
in conquirendis pecuniis
callidè utatur, et cùm abun-
de satis à majoribus suis
decimis, redditibus, prædiis,
agris, aliisque bonis quam
plurimis, unde commodè
vivat, sit prospectum. Ipsos
tamen Sacramenta venire,
infantes sine præsenti
pecuniâ à Sacro fonte
arcere, tenaiores pecuniis
destitutos à matrimonio
repellere, et similem mer-
caturam circa Sacramen-
tum corporis et sangui-
nis Christi exercere;
Anargyros catortis pi-
gnoribus vercere, justa
exequiis impensa non

Satis

satis pingua contemptim remittere, pauperes ad esce quias mortuis reddendas cogere, multósque alios abusus loculis sarcientes introducere, virgines Deo dicatas prophanas esse, et civiles negotiationes in civium grave dispendium facere, cum civium munitionibus et vigiliis sine ullo incommodo defendantur ipsas tributum tollerabile ad instaurationem portarum et murorum negare. Se proinde Principem rogare, ut hos Cleri abusus reprimat, se civili suo officio non defore. Princeps hæc scripta Clero

Clero Cospeldiensi 18 Julii transmittit, ipsumque admonet, ut in Sacramentis administrandis, uti Christianos parochos decet, se gerat, ne Senatui et civibus Cospeldianis justam querendi occasionem aperiat, atque pluribus molestiis involvat. Quod si factum fuerit, se illud, quod ad mutuam Cleri et civium concordiam faciat, brevi effecturum.

Circa idem tempus quatuor cives Fulmani, ensis Lotmanni doctrinâ inflammati, quem aliquoties concionantem audiverant, Concionatores

tores, connivente Magistra-
tu suo, Monasterio se-
cum abducunt, qui eam-
dem doctrinam, quam
a Rothmanno præce-
ptore suo didicerant,
publicè profiterentur,
et plurimos cives Dulma-
nicos suo Evangelio lu-
crifacerent. Verùm vi-
gilantissimus Princeps
ac subditorum suorum
verus inspector, in nocte
Nativitatis Mariæ,
quæ fuit 8. Septembris
mediocri equitatu sti-
patus Dulmaniam in-
gressus est, ac inventos
doctores seditiosos Gever-
genam abduci jubet, ut

moto

nota seditionis poenas, bene
commerita, luant, reliquos,
que a simili facinore suo
exemplo deterreant.

Post hac Rotmanus
cum Anabaptismum
propagare cogitaret, alios
sibi mores a prioribus dis-
similes induit, majorem
solito sanctimoniam et
vitæ innocentiam in publi-
cum proviturus præ se fert,
convivia, commessationes,
puellarum basia, aliaque
omnia, quæ levitatis su-
spicionem augere queant,
respuit, ac eoque commu-
tatus est, ut eundem se
non credas, jam in An-
gelum lucis transforma-
tus

tus, non se hominem, seu
numen aliquod sub hu-
mana forma circumferre
fingit, in cessu gravis et
meditabundus, vultu seve-
rus, stoicus agelastus,
sobrius et praeter morem
temperans, insigniique
pallore tinctus. Ut au-
tem his moribus doctri-
na respondeat, ad miseri-
cordiae opera exercenda
populum hortatur, tem-
peranter vivendum esse
in omnibus conciionibus
clamitat, bonis quaesitis
communiter utantur, mu-
tuis se officiis juvent, fa-
miliariter inter se vi-
vant, mutuo se amore
com-

complectantur, nemo se supra alium efferat, nemi- nem enim alio esse superiorem, cùm omnes sint fratres et sorores, omnésque ex æquo ad beatitudinem æternam invitentur. Alio- rum Concionatorum doctrinam, etsi Evangelii assidue crepant, evange- licam tamen non esse, sed stultam quandam persuasionem, cum fru- ctus bonos non operetur, Papisticam quoque col- luviem bonorum operum doctrinam humanarum constitutionum et cere- moniarum fece contami- nasse. Nullam igitur

propo-

propemodum sanam do-
ctrinam esse: totum mun-
dum corruptum et in
maligno positum, quare
brevi futurum esse, ut
horrenda et inevitabilis
calamitas mundum in-
vadat, quam nemo, nisi
electi Dei et charactere
foederis insigniti evasuri
sint. Reliquos verò ad
unum omnes funestis
supplitiis interituros,
et crudeli internecione
à facie terræ stirpitus
evellendos, eumque fi-
nem mundi fore. Sed
judicium postremum
post annos mille subse-
cuturum. Oppressis itaque
im-

impiis in fine mundi electos Dei, et characterę foederis insignitos, sub Christo Duce suo, novam et felicem vitam annos mille in terrâ victuros.

Apoc: 20. Sine lege, sine Magistratu, sine matrimoniis liberos tamen sanctos, sine ullâ carnis concupiscentiâ et foedâ titillatione procreaturos, omnia inter ipsos bona communia, nihil ipsis defuturum, omnia piis sine labore et molestiâ affluentur et nascitura. Scripturas sacras tam novi, quam veteris testamenti, ob singularem

vitæ

vitæ piorum et fœderis
charactere signatorum
sanctimoniam /: qui sponte
suâ victuri sunt :/ in ipsu
non fore. Hoc autem im-
piorum excidium brevi
futurum esse dictitat.
Patrem enim cœlestem
nunc Angelos suos et
ministros /: quos coram
videant :/ emisisse, qui
totum mundum peragra-
tes, electos Dei passim
dispersos, fœderis cha-
ractere signaturi sint,
ut ab eminenti afflictio-
ne eripiantur. Signatos
verò ex quatuor terræ
angulis in unum ubi-
quem locum convocan-

Dos,

dos, ibique Christum ipso-
rum ducem gladium
ultionis ad eradicandum
impios ipsis in manus
suas traditurum, quem
in charactere foederis non
signatos stringant, ut eo-
rum memoria à facie
terræ dispereat, et pii
tranquillè vivant, huc
Scripturas detorquet Ap:
7: Apoc: et 9. Ezech.
Inde ut propius ad
signandum illud foederis ac-
cedat, quicunque ſ: in-
quit: foederis notâ con-
signari volunt, pro-
cateris, Diabolo pro-
priæ carni, ac toto
mundo renunciabunt,
se

semetipsos abnegabunt, mundana hominum commercia, cibi potúsque immoderatum usum, scortationes, luxus, temeraria juramenta, blasphemias, et maximè publicorum templorum ingressus vitabunt, ne vanâ doctrinâ, et falso illorum sacramentorum usu contaminentur, seque iram post veram agnitionem in se provocent, huic digni sunt, qui charactere foederis notentur, hoc est, ut jam credentes et adulti, Spiritúque Sancto repleti, aquâ ab integro tingan-

gan-

gantur. Adultos igitur
et solos credentes esse bapti-
zandos. His quoque admi-
scet, panem et vinum in
coena Dominica non fieri
verum corpus et sangui-
nem Jesu Christi, aliaq;
paulatim cum suis col-
legis docet, quæ et Eccle-
siæ Catholicæ, et Scriptu-
ræ sacræ adversentur.

Hac vita sanctimo-
nia, hac novâ et inusi-
tatâ doctrinâ populum,
fraudis nescium et in
naſsam, quasi inextri-
cabilem, et labyrinthum
allicit: multi enim Lot-
manni exemplum, do-
ctrinámque secuti: cùm

jam

jam Spiritu Dei satis se
afflatos et communitos
esse existimarent, neque
sibi quicquam ad bea-
tam illam piorum vita
decesse putarent, Signo
foederis, hoc est, bapti-
smo, consignantur, et
retinguntur; certo sibi
persuadentes, poeoba-
ptismum nihil prodesse,
neque se ab instanti ca-
lamitate tutos fore, nisi
rebaptizentur et chara-
ctere foederis in fronti-
bus suis ab integro si-
gnentur.

Henricus Rollius
vero, qui Monasticam
vitam, quam Harlemiæ
in

in Hollandiâ professus
fuerat, abjecto habitu
aversatus est, et apostata
factus Wasenburgæ
apud Luram in terra
Juliacâ concionatorem
egit. Hinc Monasterii
cum Lotmanno anabap-
tismum docuit, unde in-
ferius apud Trajectum
propter Anabaptismum
igni adjudicatus, sua
transgressionis poenas
dedit. Hic ea, quæ Lot-
mannus tectis et obscu-
ris verbis visus est di-
cere, sonantius exposu-
it: pœdobaptismum
inter adiaphora nume-
rans, qui neque bonus,

neque

neque per se malus sit, quique infantibus ad salutem consequendam neque prosit, neque obsit, cum nusquam in sacris literis precipiatur.

Accessit et alius quidam novus Concionator Hermannus Straspadius Morsanus, qui Henrici cum Lollium preceptorem suum audacia, dicacitate, et malitia sua longe superavit. Hic in Evangelicos et Papistas pariter ita e Suggestu detonuit, ut omnes urbani propemodum muros contremiscerent. Hic Lotmanno au-

da-

dacior, et confidentior, præ-
dobaptismum non solùm
inter adiaphora numerat,
sed ipsum abominationem
esse coram Deo impudenter
satis proclamat. Indeo di-
gnus habitus est, cui cu
Rotmanno præcipuum
parochiale templum Ju: La-
berto consecratum à factio-
sis contra Senatu voluñ-
tatem committatur.

Hæc Rotmanistarum
conciones omnes urbis ordi-
nes, maxime verò Senato-
rium conturbant et exter-
rent, qui per Legatos
primùm Rotmannum
rogat, ut sibi a contro-
versia duorum sacramen-
torum

torum baptismi et coenæ
Dominicæ doctrinæ tem-
peret. Inde cùm Legato-
rum precibus non acqui-
esceret, ipse cum alii-
quibusdam ejusdem fari-
næ concionatoribus ad
Curiam graphiariam
vocatus, ubi iterum ad-
monitus, ne factiosam
hanc Doctrinam in vul-
gus spargat. Sed cùm
ab eâ se nondum abs-
neret, à Senatu, Tribunis
et Mechanicorum præfe-
ctis in pleno Senatûs
confessu acrioribus verbis
objurgatus est, quòd
sæd obaptismum rem
mediam esse, contra Ec-
clesiæ

clesia institutum docuerit, qua neque infantibus, ad salutem profit, neque obsit. Respondet: non se, sed suorum aliquem ista docuisse, se autem effecturum, ne idem imposterum audiatur.

Verum hinc digressus parum addictæ fidei memor, pœdobaptismum non solum inter adiaphora recenset, sed coram Deo abominationem esse, multo confidentius cum suo Strapadio docet. Idem reliqui Ecclesiastæ faciunt. Quæ ubi Senatus summo cum dolore animadverteret, aut tri-

stem

stem ruinam, aut exi-
miam calamitatem,
aut insignem absque
exemplo Reipubl. muta-
tionem futuram metuen-
varijs modis de coer-
cenda Lotmanni auda-
cia seditiosæ plebis fa-
vore munita consultat,
quam cùm sine horren-
da vulgi seditione ac
sanguinis effusione vi
retundere se non posse
existimaret, incruen-
tum itaque bellum ad-
versus ipsum suscipi-
endum esse decernit,
aut argumentorum
vi, aut debellatus, aut
profligatus pileat, aut
telis

telis acrioribus e Sacra-
rum literarum pharetra
depromptis in Senatu,
coram tribunis et Se-
chanicorum præsidibus,
per viros bene exercitatos
confossus, Seditiosæ pole-
bis desinat esse caput.
Quæ ratio vincendi, ut
sit tutissima, ita quoque
maxime Reipubl. pro-
futura.

Proinde ab Hermanno
Buschio militariis or-
dinis viro, poëtaque
insigni, atque Joanne
Hottmanno Athusiano
seniore, et Scripturario
Pontificalientis et aliis
quibusdam facundiâ, eru-

ditione

ditione et pïetate præcel-
lentibus viris adversùs
Kotmannum, quem super-
intendentem appellabant,
suósque Satellites 7. et 8.
Augusti in conclavi se-
natorio præsente Senatu
plebeóque Magistratu
acerrimè pugnatum est.
Adhibentur huic exami-
ni duo exceptores seu
Notarii Sacramenti re-
ligione obstricti, qui
utrimque Dicta et di-
sputata bonâ fide con-
scribant. Utrius lege
machiæ tela utrimque
emissa et retorta, quæ
apud me conservantur,
cum plurima sint, eo-
rum

rum descriptionem, ne
fastidium legenti ingeram,
prudens omitto.

Senatus finita hac
scripturarum collatione
Rotmanistas firmioribus
Duchii argumentis de-
bellatos et convictos esse
sentiens per Joannem a
Wieck Doctorem et Syndi-
cum disputationem his
verbis intercipit.

Senatus hujus urbis
ea, qua utrimque in collo-
quio adducta sunt, satis
intellexit. ne autem Ce-
sarea Majestatis con-
stitutioni aversetur, neve
quemquam intra sua
moenia illi repugnare

ipsa-

patiatur, neve foedera
pacisque leges inter Qui,
scopum et Rempub. Mon-
initas violare dicatur.
Edicit et jubet, ut Concio-
natores ab his et aliis
duorum Sacramentorum
baptismi et Coenae Domi-
nicae articulis in con-
ionibus suis prorsus
sibi temperent, pueros
baptismum ad institutum
Ecclesiae inviolatum ser-
vent, neque quemquam
ab eo dehortentur, deter-
reantque, neque quam-
libet in religionis ne-
gotio novationem intro-
ducant, nisi prius ali-
os erroris convincant,

et

et suam doctrinam ac
curatius verbo Dei confir-
ment. Si vero ipsa pro-
positione suas, doctrinam-
que suam sacrarum lite-
rarum testimoniis com-
probasse, et imperatoriam
constitutionem, aliaque
Magistratuum secreta,
pactaque inita foedera
non esse servanda osten-
disse. Senatus deprehen-
derit, se ea, quae christi-
anum deceant Magistra-
tum, facturum. Sed dum
ea nondum sint disussa
et declarata, Senatum
in hac urbe nullam no-
vationem admissurum,
et si huic decreto vis a

quo

quoquam fiat, aut quo quo modo illud contemnatur, ipsi Concionatores sea-periantur, Senatum agre laturum, neque ipsos à poenâ immunes futuros.

Eo modo colloquium et consessus Doctorum dissolutus fuit.

Ipso die Laurentii Martyris, quæ fuit 10. Augusti, cùm quidam Hollandus anabaptismo addictus in templo Ægidiano hora 3. pomeridiana concionaretur, Joannes Hindemollerus Senator, non tam Lutheranismo, quàm Anabaptismo infensus, in Concionatorem irru-

irruit, eúmque e Sugge-
sto detraxit, quid tu, in-
quit, Serbero ad populum
hic verba facis? indignus
ut Suggestum conscendas,
qui ante aliquot annos
scalas ignominiæ causa
religatus, cauterio canden-
ti in altera mala per
carnificem signatus es,
quasi vero istam notam,
quam in maxilla cir-
cumfers, non noverimus?
quasi probitas isto si-
gno egeat? tune hone-
sta et pia Doces, qui
inter mastigas et verbe-
rones educatus, ipse inho-
neste et impie vivacis?
apage te cum ista tua
Doctri-

1580.

Doctrinâ, cum ista tua
inusta cicatrice, mavis
tam istam tuam potius
abluere, quàm hunc locum
probo viro dignum capias?
Anna vero Veilingii
cujusdam uxor, aliæque
plures mulierculæ, Spiri-
tu anabaptistico afflá-
tæ indignum patrem
esse clamitant, virum
Dei de suggesto detur-
bare, concionantem im-
pedire, salutarem doctri-
nam civibus invidere,
cum sibi à vi non tem-
perare, qui ab aliis
illatam meritò propul-
saret, impium illud sce-
lus exemplo carere, im-
pu-

punitum ergo non relin-
queredum, conniventem
Senatum amovendum,
alioque substituendum,
qui evangelicam liber-
tatem non opprimat,
sed singulari favore
prosequatur, amet, pro-
moveat, et augeat. Ma-
gnus his muliercularum
verbis fit concursus, ma-
gna vocum confusio,
et tempestas adeo ut
tota templi structura
tremeret. Interea &c.
desiastey ille insolitâ in-
temperie conterritus, e-
vanuit, Hindemolle-
rus etiam garrulam
foeminarum turbam
effu-

effugiens templo accessit, et sese subduxit. Motus autem ille semineus deficientibus antagonistis facile quievit, sed seditiosi senatum pecunia a Caneipe corruptum, nec evangelica favore passim per urbem dictitant, alium porro inde esse eligendum. Quid multis? ita paulatim in urbe Ana, baptismus invalescebat, ut Joannis Langermanni, Petri Frisii, aliorumque civium infantibus, 7. Septembris in templis delatis, Stephanus Roer,

Moersanus baptismum manifestè negaret, quam rem Senatus aegerrimè tulit: neque enim illud futurum unquam ipse rãsset, cùm ex superiori certamine Lotmanistas infirmioribus argumentis inniti animadvertisset, atque ideo seditiosam hanc controversiam duorum Sacramentorum doctrinam sparg[i] vetuisset.
Quare ubi Ecclesiastæ superiori disputatione se victos non esse faterentur, neque à suâ doctrinâ in Magistratus contemptum

et

et ludibrium latum culmen discederent, sed hæreticorum more multo præfractiores redderentur, fugaque pertinaciùs defenderent, iisdémque mutta nova paulatim affingerent. Senatus avitæ Ecclesiæ institutioni et Doctrinæ de poedobaptismo tutius sibi adhærendum esse existimans, Lotmanistis non solùm omnibus concionibus verùm etiam plebei Magistratûs præsidio fretus, serio interdicit. Quo Edicto Concionatores præter opinionem

Juam

suam promulgato /: cùm plebeo se favore muni-
tos esse putarent :/ ve-
hementer partim exa-
cerbati, partim con-
sternati, Senatum his
scriptis adoriuntur.

Scriptum Seditiosorum Conciona-
torum Senatui Vienn. 7mo Oc-
tobr. traditum.

Gratia à Deo Patre
vera agnitio Jesu Chri-
sti, et illuminatio Spi-
ritus Sancti in omnē
veritatem sit Vobiscū
Amen.

Quos superioribus die-
bus

bus hisce interdictis vestris
nos ab evangelicâ functi=
one terruistis, a urbe
vestrâ excederemus, crude=
liter præcepistis, mini=
mè speraßemus, ut ut
autem sit, rogamus, ut
quæ tunc viva voce re=
spondere non licuit ea
nunc à nobis descripta
christianis pectoribus
accipiatis. Cum satis
compertum sit vobis, no=
stri muneris esse, ut
oviculas Christi, nobis
concreditas, poscamus, et
ea solum proponamus,
quæ Christus mandavit,
neque iis quidquam de=
trahamus, neque adda=
mus,

mus, sed quicquid ad nos
nam Dei non dirigitur,
neque illi consentit, repra-
hendamus, rejiciamus, et
stirpitus eradicemus. Simi-
liter vos non latet, quan-
tâ cum molestiâ et labore
in conspectu omnis populi
susceptum hoc docendi mu-
nus administraverimus, nec
à quoquam in hunc usque
diem erroris convicti simus,
vel quod à veritate aliena
docuerimus, quam etiam
doctrinam nostram ulti-
mi supplicii periculo /:
quanquam non sit neces-
sariium :/ nos defensuros
esse recepimus et adhuc
recipimus. Proinde vobis
ex-

expendendum relinquimus,
quid egeritis, quibusve
christianis legibus con-
sisi nos ab officio remove-
ritis. Scimus quid Pau-
lus Corinth: 14 dicat si-
inquit: / aliud fuerit reve-
latum assidenti, prior
taceat, neminem vero
novimus, nemoque provit,
cui meliora sint revelata,
nos tamen tacere volui-
stis. si autem aliquis
meliora adferret, aquum
esset nos tacere. Præ-
terea miramur, quid vos,
senes quos profanarum
quidem rerum jurisdictio
est, de hac quoque re
judicandi authoritatem
vobis

vobis arrogatis, si chri-
stiani esse vultis, qua fron-
te civilibus vestris inter-
dictis verbum Dei impedire
et remorari audetis? Scri-
ptura Ecclesiæ judicium
tribuit, et cum Ecclesia
christiani sint et esse va-
lint, si itaque aut ali-
us quis piam adversus vos
quicquam habuisset, illud
in Ecclesia et congrega-
ne fidelium nobis pra-
sentibus propositum fuisset
et si veritatis clypeo non
fuissemus communiti, neque
doctrinam nostram mani-
festis sacrarum litera-
rum testimoniis defen-
dissemus, merito judicio

et

et poenæ subjiceremur.
Quam causam adversùs
nos habetis? qui doctrinâ
de baptizandis infanti-
bus erroneam esse pro-
fessi sumus. Contra a-
gnitam veritatem nihil
nobis agendum esse decre-
vimus; ferre tamen hoc
possumus, ut illi hoc
faciant, qui minus
agnitionis consecuti
sunt, et jam nondum
sunt professi, ut im-
prudentibus serviatur, do-
nec veritas magis pa-
tescat. vos metipsos judi-
cate, cùm pœdobapti-
smum erraneum esse
dixerimus, neque vos,

neque

neque aliis quisquam certis argumentis nos convincerit, quâ ratione, quove christiano professionis officio adducti nos contra agnitam veritatem ea recantare vi cogitis? Si vero illud à nobis non fiat, concionandi officio nobis interdicitis. O. Jesu, haccine jura civilia ac Imperatorum constitutiones præcipiunt, quas Syndici vester magni, sicè tonat? profectò jus divinum longè diversum jubet. Rogamus autem Deum, ut vos in eâ agnitione conservet, ne quid contra agni-

tam

tam veritatem committa-
tis, sicut nos facere vultis,
verum hanc impietatem
Deus in æternum à nobis
avertat, qui imprudenter
quidem teste Paulo, peccat,
delicti gratiam à Deo
impetrari potest. qui verò
prudenter /: ut Paul Reg-
ijs. A Pharas Cod. 4. :/
delinquũnt, ac veritati re-
sistunt, indies magis ma-
gisque execrantur, ac
indurantur, adeo ut nullus
pœnitentiæ illis sit locus.
Proinde iterum ex mutuo
christianæ charitatis
vinculo vos rogamus, et
admonemus, ut hanc
evangelii causam ac
cura-

curatius, cordatiusve intue-
amini et expendatis, neque
adeo humanis opinionibus
ducamini, adeove eos, qui
blasphema ac impia ver-
ba, ventosa garrulitate
strepunt, sectemini, ut
Jesu Christi veritas ob-
scuretur. Praterea
cum in conclavi Senatorio
vobis praesentibus antogo-
nistarum nostrorum ar-
gumentis fusius quidem,
quam vobis tunc tempo-
ris placuit à nobis re-
sponsum sit, illique diu-
turno Sessionis pertae-
si per scripta nobis respon-
dere receperint, et nunc
jex propemodum heb-

Do-

1394.

domadas meditando ab-
sumpserint. Rogamus ut
si quid illi adversus nos,
nostramque professio-
nem adductum sit, con-
festim ejus nobis copia
fiat. ista enim respon-
dendi mora et nobis et
veritati, publicæque pa-
ci plurimum obest. Pre-
camur insuper ut hanc
fidelem nostram admo-
nitionem boni consulatis,
neque nos, nisi veritati
convictos, in officio tur-
betis; si vero pertina-
citer, quod Omnipotens
avertat, propositam
vestrum torseritis, nihil
ominus tamen nostra

a

1395.

à Deo commissæ ~~or~~ functi-
oni insistentes coram Deo
et toto mundo veritatem
etiam cum vitæ omnium
que rerum dispendio pro-
fitebimur cogitantes
iterum Deo magis obedi-
endum esse quam homi-
nibus. Vobis ergo pensan-
dum obtrudimus, quàm
sit periculosum incidere
in judicium Dei. Omnia
tamen bona de vobis spe-
ramus, quos Omnipotens
in sui agnitione ita il-
lustret, et Reipub. bene
regatur.

Vestri Evangelii
vestri Ministri.

Ber.

1396.

Bernhardus Rotmannus.
Joannes Hoprissius.
Godefridus Stralenius.
Henricus Rollius.
Dionisius Junius.

Nec minori studio et diligentia apud Tribunos, Mechanicorumque præsides per se et suos factionis Satellites, qui tamen gratia et authoritate apud illos pollere arbitrati sunt, negotium sudum peragunt, petente ne à pio officio cum ignominia et de-

decore

decore removeantur, quod
cum summo multitudinis
applausu fideliter hacte-
nus administraverint,
neque urbe quasi scele-
rosi et flagitiosi pro-
fligentur, qui de Rep.
bene meriti sint, qui
plurimos a papatus
caecitate ad evangelicam
lucem revocaverint, qui
papistica tyrannide de-
bellata regnum Christi
pristino nitori restitu-
erint, nihil se caedis
dignum commisisse, nul-
lo flagitioso contami-
natos se, nisi flagiti-
um sit, verbum Dei pure
docuisse, atque si hoc

fla-

flagitium sit, se quidem
flagitiosissimos esse, et
non solùm exilio, verùm
etiam ultimo supplitio
dignissimos, quique variis
scelerum generibus affli-
cti continuò è Repubt.
tollantur, à quâ tamen
impietate Deus Omnipo-
tens Magistratum pra-
servet. Hoc igitur à
Senatu impetretur ut per-
durum illud exilii decre-
tum mutetur, et Concio-
natores suo munere, à
Deo sibi commisso, fine
metu fungantur, ne-
si suis officiis desti-
tuantur, hæc civitas
perpetuâ ignominiæ
labe

labe inter evangelicas
urbes notetur, et Dei vin-
dictam in se provocet.

Tribuni autem, Mecha-
nicorumque Magistri,
apud quos Rotmannus fu-
ma quidem gratia valu-
isset, nisi depravobapti-
smo sententiam suam
mutasset: his verbis
permoti, cum senatu de
retinendo Rotmanno a-
gunt; placuit tamen
senatui eum ea lege
in officio suo retineri, ut
in conditionibus suis a
controversiis Duorum
sacramentorum arti-
culis sibi prorsus tem-
peret.

Qua

1400.

Qua Senatûs Sententia à Tribunis Rotmanno significatur.

Interea literæ à Lipsiæ in urbem missæ ipso die Michaëlis, qui fuit 29. Septembris in singulis parœciis recitantur, quibus jubetur, ut duorum Sacramentorum baptismi et eucharistiæ usus primitivus reservetur, neque enim se ullam in his contra Ecclesiæ doctrinam citrà salutis dispendium mutationem admittere posse.

Huc accedit Senatûs mandatum idem jubens. Maxima etiam pars civi-

civium his absentitur, si Eucharistiæ participi, patio: sicut Christus instituit: sub Duabus Speciebus sibi non negetur.

Senatus serio Rotmannum de pœdobaptismo et aliis articulis, in controversiâ positis, prorsus sistere, aut urbe excedere jubet, utrum horum facturus sit, respondere postulat.

Atque Rotmannus sic respondet:

Tribuni plebis et Mechanicorum Magistri mihi significarunt, me ab officio meo non esse amovendum, verum cum de pœdo,

poe do baptismo et sacra-
mento corporis et sangu-
nis Christi conflictatio-
nes sint excorta, varii-
que modis ista sacramen-
ta excagitentur, ingrati-
am communis pacis mi-
hi in concionibus publi-
cis abistis duobus tem-
perarem, donec doctorum
virorum judicio hac con-
troversia componeretur.
Quibus respondi: Cùm
hæc publicæ tranquili-
tatis causâ à me fieri
velint, in concionibus
meis à controversia du-
orum Sacramentorum
doctrina me abstinebo,
imò ne hanc quidem
attin-

attingam, Fidei, quæ pacem conciliant, quæ senatum excusent, quæ plebem tumultuantem sedent, quâ me decet fide, dolebo, donec ab admixta fece hæc doctrina purgatur, ut major veritatis agnitio à Deo hominum mentibus infusa fuerit. Datum Anno 1533. die 3. Octob.

Lotmannus quidem chyrographo isto suo, quid factum sit, satis docebat, senatum tamen de fide illius, quam aliquotiès violaverat, dubitare cœpit; ideo Legatos suos Lemam mittit: qui

Prin-

1404.

Princeps Sveccsana
comitia habituru, sexto
Octobris venerat: qui
in conspectu procerum
miserandam urbis et
religionis faciem com-
memorarent, urbem dis-
sidiis et motibus inter-
nis astuare, magnam
plebei ordinis partem
in officio non posse
contineri, sed Senatui
obstreperé, doctrinam
vetitam à Lotmanno
invectam etiam vitæ
periculo tueri: omnia
intestinis odiis flagrare:
veram religionem et e-
vangelicam doctrinam
inter schismata fluctu-
are,

are; nihil itaque intra
mvenia tutum esse, nihil
præter cædem, rapinam,
et Reipubl. eversionem,
vastationem exspectan-
dam. Hæc omnia, cùm
non aliunde, quàm ex
multiplici religionis
contentione oriantur,
sic proinde efflagitare, ut
Princeps suas partes
agat. Reipubl. regi-
renti occurrat, et huic
malo mediatur: arti-
culos erroneos, doctorum
virorum præsidio ad-
jutus tollat, et veræ re-
ligioni, verbóque Dei
consentientes substi-
tuat; se coss. si sibi
uti-

utile esse cognoverint: li-
benter amplecturos.

Ad quae Princeps
si in principio nascentis
mali pharmaca adm-
sissent, neque ita in gra-
tiam furiosorum subdi-
torum, et bene monenti-
um ludibrium salube-
rima consilia excussis-
sent, cogitassent enim
malis in pernitiem bo-
norum non esse conni-
vendum, seditiosis non
tam suaviter hactenus
ablanditi fuissent.
Licentiam enim et in-
eptam lenitatem, suos
saepe authores aut
perdidisse, aut in exi-
miam

miam tandem dudum
praecipitasse, eò nunc
rem devenisse, ut nec le-
vitate nec blanditiis, nec
asperitate, seu crudelitate
mutari queat. Se ta-
men ex officio, neque con-
silio, neque re urbi de-
futurum, sed de futuro
remedio et reformatione,
quantùm fieri potest,
altius cogitaturum.
Interea urbes ab omni
in religionis negotio no-
vatione sibi temperent,
rogat; quod si facturos
recipiunt, Hol etiam
se posse à Legatis
Monast: ut Dominum
Henricum Slumper-
tium

1408.

tium Theologiæ Doctorem ad Priorem Bisinkhovianum ad concionandum verbum Dei in templo Dominico deputationem et decretum Senatus relaturos respondent, Senatum brevi responsurum.

Dissolutis istis comitiis, cùm Princeps de novationibus minorum civitatum nihil esset sollicitus; præter spem 8. Octobris ipsi reperiuntur obsidentes Sedinosum concionatorem admittique, quare literis suis 9. Octobris emissis ipsos ab instituto,

in

in hunc modum deter-
uit:

Sibi pridie illatu
esse, errorem quendam
vagum atque ignotum
urbem Osnabrugensem sub-
iisse, in ea se aliquot
dies clanculum conti-
nuisse, et tandem inno-
catum, ac sine legitimi
Magistratûs eorumque,
quorum interfuerit, per-
missu in Sacello Sacri
Spiritûs concionandi
munus invasisse, er-
roneam et pernitiosam
doctrinam in plebem,
novitatis semper avi-
dam, sparsisse, unde
schisma, dissidium,
sedi-

1410.

Seditio, inobedientia, Magistratûs contemptûs, et Christianorum rituum concordibus majorum suffragiis antiquitus ad hæc usque tempora nostra disturbatio et corruptela promanare soleat. Cùm itaque hoc sibi, tanquam Magistratui legitimo minimè ferendum esse censeat, ne sua lenitas subditis sit excitio, proinde se ipsos per fidem datam, et jusjurandum sibi præstitum admonere, ut continuò istum Onocionatorem removeant, repellant, et urbe propeligent, neque se ab an-

antiquis templorum ri-
tibus ac Ecclesiæ catho-
licæ cæremoniis distra-
hi sinant.

Rescribunt: Se in
omnibus Principi obtem-
peraturos.

Dum hæc aguntur.
Senatus Legationem
ad Landgravium, Evange-
licos Concionatores petitum,
ablegat, qui adversùs
Lotmannum, totámque
Anabaptisticam co-
hortem decertant.

Ille itaque in gratiam
periclitantis Reipubl.
Theodorum Fabritium
facundiâ & audaciâ in-
signem, et Joannem
Ledin-

1412.

Ledingum Melsingarum hominem quidem doctum, sed medi-
culosum minusque di-
sertum: quos evangelico
favore potissimùm co-
gnoverat: ad hanc pro-
vinciam administrandam
hortatur.

Hi tantum officii Land-
gravio denegare non au-
dentes, compositis rebus
suis se Monast: ituros,
onusque sibi impositum
pro viribus suis subitu-
rosrecipiunt. Sed prius
quam hi se itineri et
periculo committerent,
per aliquot hebdomadas
intra parietes suos de
rebus

rebus futuris consultant, et adversus Anabaptistica monstra sacris literis acriter se armant.

Transfluviani quoque Coenobii virgines evangelicorum Spiritu inflammatæ, germani, cos psalmos interim in templo promiscuo cantillare, votaque sua, vivendique institutum contemnere, professionem suam pro nihilo habere, Archivestalis frena excutere, nulla ciborum discrima facere, de habitu mutando mutare, deque liberiori vitâ somniare. Id a vero

verò de Mervelt, cum quibusdam per paucis pam Virginum suarum lasciviam sibi displicere, multis lachrymis et querelis testata est,

Duce res cum ad Principem delata esset.

Princeps in hæc verba ad totum Virginum coetum 30. Octobris scribit:

Se accepisse, pleraſque Virgines Cœnobii Sanctæ Gudulæ mundanâ quadam levitate, vanoque animi pruritu ita concitatas, et contra suum votum, suæque regulæ professionem, ac contra in-

inveteratam cœnobii con-
suetudinem, rebellionem
molituras; se itaque ipsas
admonere, ut originis
et nobilitatis suæ memo-
res, nihil committant, quo
levitatem sapiat, aut
progenie sua quoquo mo-
do indignum existime-
tur.

Post hæc 15. Octobr.
Senatus Principi re-
sponsum rescribit,
sicut Legati in Comitiis
Leinanis se facturos
promiserant:
Nullo modo contra
transactionis pacta se
illud permisurum, ut se
invito Concionatores do-
dri-

ctrinâ vitâ et moribus
evangelio non conformes,
ad docendum publice
in civitate suâ admittan-
tur. Cum autem tem-
pore transactionis conse-
crandi munus in Aede
Summâ fit oblatum,
et Seminario Dominico
templi interdictum, neq;
eam consuetudinem re-
vocandam esse, transa-
ctionis monumenta ju-
beant, sed hoc solum
velint, ut Capitulum
Summum ~~suum~~ in sua
religione non turbatum
vivat, donec Deus Omni-
potens aliter dispposuerit.
Ex quibus obscurum
non

non esse Principem transactionis sententiam manifeste oppugnare
Se ergo rogare ne adversus transactionem praegravetur.

Ad haec Princeps
13. Octob.

Se transactionis pacta non violasse, sed inconsultam illam et illiberalem postulationis suae abnegationem à Senatu non exspectasse, cùm Templum Dominicum suum, totúsque Diocesis sit sonnum, neque tamen parrociale. Et transactio verbis manifestis huic omnes antiquitus habi-

1418.

habita ceremonia et consuetudine sine senatus aut civium suorum impedimento, senatui vero jus parœcialium templorum tantùm tribuat. Proin de se iterum postulare, ne nuni virum in summo templo concionantem turbent, conturbarive sinant, neque adversus transactionem infirmis istis verborum rationibus quicquam moliantur.

Eodem die Rupertus per literas significat, ut solius Principis authoritati confisus, futuro die Dominico, qui fuit 26. Octobris, aliisque diebus festis

festis subsequentibus in templo summo conciones, stationesque antiquitus observata habeat, neque sibi alterius authoritate opus esse,

Neutiquam quidem Principi paret, senatum vero, omnesque evangelicos gravissime offendit.

Senatus ac Principi, Ipsum 21. Octobr.

Quanquam in superioribus suis scriptis legitimas causas adduxerit, cur sibi non sit ferendum, ut quidam Monachus seu Seminarius in summo templo ad concionandum iterum admittatur, qui

cives

cives catervatim à sua et evangelica religione avocet. Et quanquam transactionis pacta verbis manifestis declarent, templum summum in suis ceremoniis et ritibus antiquis sine senatus aut civium impedimento permansurum. Senatui vero jus parvenciale templorum esse permissum. Inde tamen conflci non posse templum summum post transactionem jam dictam concionibus aut stationibus alicujus Monachi ac Seminarii regendum esse, cùm conei-

one

ones, stationes, aliáque
similes cæremonias ante
transactionem antiquatæ
corruerint. Quæcunque
præter transactionis mo-
numenta signata non
complectuntur, ea propriâ
authoritate postea ex
intervallo disponi non
posse. In transactionis
scriptura absque lon-
gis verborum ambagibus
simpliciter hæc verba
contineri: Capitulum
turbatum fuisse religioni
et vitæ permittendum esse.
inde inferri non posse,
se Monachum alterius
religionis, qui errores et
schismata spargat, qui
sedi,

seditionem inter cives excitet, ad concionandum admittere debere. Se provide illud, quod dissidium schismata, et seditiones pareat in incommodum suae Reipubl. non permissurum. Cum itaque vi transactionis concionem Monachi in summo templo merito non esse perenda censeant, se legitimum responsum dedisse non dubitare.

Ad quae Princeps se scripta senatui in sua authoritate et existimatione, si quam habeant, relinquere. Cum autem concionatori mandaverit, ut verbum Dei pure

pro-

populo annunciet, se
speráse ipsum á vallo in
officio suspecta turbatum
iri; sed Senatum superi-
oribus suis scriptis spa-
riturum.

Eodem die 28. Octobr.
Princeps ad Senatum:
Se auditione non vanâ
accepisse, quosdam erro-
neos, vagos et incognitos
verberones, legitimè non
vocatos, propriâ se autho-
ritate in urbem suam se
ingessisse, erronea et sedi-
tiosa doctrina plebem
commovisse, tandem damna-
tum et non tollerandum
Anabaptistarum, sa-
cramentariorumque do-
gma

gma disseminâsse. Cùm autem hi flagitiosi ero-
nes in urbe adhuc deti-
nentur, et metuendum sit,
ne non toxico isto incau-
tum rudéque vulgus cir-
cumveniant, seducant,
et inficiant. Proinde se
Cæsarei editi fretum,
ipsum Senatum monere,
ne falsos istos doctores
recipient, sed urbe reji-
ciant, ut Cæsaream atque
Imperialem indignatio-
nem, poenámque effu-
giant.

Hæc Principis scripta
Senatum à secreto suo
non remorantur, quin
Priori Bispinik Horiano
tu-

tutum commeatum et
publicam securitatem
renunciaret. Quare
Princeps 30: Octob.
ad Senatum sic:
Sibi relatum esse, quòd
Priori Bispinkhoviano
ad Dominici templi con-
cionatori in suâ civitate
securitatem, tutumque
commeatum, praeter ex-
spectationem et spem
suam renunciaverit,
quòd suo jussu in templo
Dominico consueta sta-
tiones ac concione habu-
erit; se itaque posse re-
dit interdictum rescin-
dant, neque adversùs
suos Ministros, sibique

ad

ad ditos hujusmodi in-
terdicta decernere, in
posterum præsumat, ali-
oqui ad alia remedia,
unde multa portasse in-
commoda evenire que-
ant, sibi occasionem
obtendi, à quo tamen in
gratiam civitatis ab-
horreat.

Scribit quoque eodem
die ad Rumpertium,
ut ad urbem, munusque
sibi commissum, sine
ullius incommodi metu
revertatur: se non du-
bitare, seratum suis
scriptis pariturum.

Interea Fabritius et
Melsingus, cùm in-
tel-

telligerent, Rumpertium virum doctum, et in Theologia studio exercitatissimum esse, sibi metuebat, ne non quotidianum doctrinæ suæ hostem haberent acerrimum. Proinde hunc in modum senatui supplicant.

Cùm Rhampertius Monachus: qui ante hac in templo Dominico concionatus est: impia docuerit, et seditioni, discidioque civili magnam occasionem dederit, cum non magis, quàm præ dobaptismo concionatorem in urbe ferendum esse; se itaque rogare, ut

1428.

ut Monachum istum in-
tra moenia non ferat, ne
puram suam doctrinam
impiâ persuasione ever-
tat, et schismata, fauti-
onésque illicitas inter ci-
ves ferat.

Cum Senatus Grisco-
po ad superiora scri-
pta nihil responderet,
neque Numpertius ad
munus suum admitte-
tur. Princeps more
impatiens, 21. Novem.
sic ad Senatum:
Quanquam antè hac
à Senatu petiverit, ut
Numpertium in ac de
summâ Evangelium
tutò docere finat, nunc
verò

vero se intelligere, quòd huic scripto non solùm non paruerit, verùm etiã publicam securitatem tanquam commeatum renunciaverit, urbéque interdixerit. Quo jure hoc agatur, se quibuslibet, ac ipsi Senatui mentione animi parte expendendum relinquere. Jterum ergo se Senatum monere, ut hunc, sicut antiquitùs fieri consuevit, concinnari patiatur.

Senatus 3.ii Decembris respondet, se Principis literas 28. et 30. Octobris, necnon 17. Novembris scriptas acce-

accepisse, legisse et intellexisse, ad quas respondeat. Cùm quidam Concionatores multas sibi molestias in urbe suâ sibi exhibeant, se non speraße Principem insuper eas facturum fuisse. Quòd autem sibi invito Seminarium obtrudat, qui impiis suis concionibus s.: uti jam bis factitatum sit: / seditionem concitet, se nullo modo laturum, cum causas certas habeant, cur istius Monachi Concionej inter suos non sint tollerandæ. Se

ergo

ergo omnia juris præsidia
adversùs vim his juri-
ptis implorare, ubi vero
Monachus in urbe disci-
dia concitare non de-
stitisset, se illi securita-
tem publicam renun-
ciasse, ac urbe interdixisse.
Quidquid verò Prin-
ceps adversùs hæc jure
agere vel velit, vel queat,
se patienter ferre oppor-
tere: non tamen se spera-
re, quòd cum Principi,
in gratiam impii Mo-
nachi, in dissidium
et novam contentionem
sit redituros, suam se
causam coram quibus-
vis Principibus defensu-

rum

rum.

Interea Rotmannus chirographi et promissi sui oblitus ad ingenium suum redit. At cùm se, natus metu repressus, palam Anabaptismo se, minare non auderet, occultis digressionibus, clandestinis colloquiis ac suggestionibus eò rem perduxit, ut Anabaptistarum numerus nihilo segnius augeretur, et suum negotium apud imperitum vulgus promoveretur. Se interim innocentem, probum, pium, religiosum, Angelúmque lucis fingens, et

et baptismo enim et coe-
nâ Dominicâ articulos
quosdam confuit, quos
Landgravio ac Theologis
Marpurgens. examinan-
dos offert. Cùm autem
judicio Theologorum Lot-
mannum esse pronuncia-
retur, errorem suum a-
gnoscere noluit, sed per-
tinaciùs suos articulos
apud imperitam plebem
defendit. Verùm etiam
eruditionis persuasione
seductus, typis excusos
omnium hominum ocu-
lis et judicio eos expo-
nit. Quibus ita palam
hominibus suum errorem
imposuit, ita præsidio
fata-

1431.

Satanæ mutarum Legionum populos fascinavit, ac dementavit, ut patriâ, liberis bonisq; omnibus relictis huc confluerent, huc Westphali, huc Saxones, huc Hollandi, huc Brabanti, huc Seldri, huc Frisii, huc Leodinenses, aliarúmque nationum gentes utriusque sexûs, magnâ et vivendi et audiendi Rotmannum aviditate coëunt.

Senatus hac Rotmanni inconstantiâ et levitate, quâ fidem ad dictam turpiter violaverat, vehementer offen-

sus

fus est: neque tamen carcere, aut aliâ quavis bene commeritâ pœnâ i, ipsum popolari favore septum persequi audet, ne multorum gladios in se provocet.

Primùm itaque conclusis omnibus in urbe templis, ipsi concionibus interdixit.

Deinde D. Novembris cum Tribunis, et Mechanicorum Magistris, quomodo sine magno motu urbe quoque in perpetuum exclium cum fuis profligetur consultat. Verùm cùm nox istam consultationem interrupisset,

et

et nihil certi de pellendis
concionatoribus eo die
decretum esset, utile vi-
sum est, convocatis pa-
triciis, aliisque opulenti-
oribus et honorabiliori-
bus urbis civibus, sequen-
ti die paulo diutius rem
deliberandam esse, ne uni-
us ordinis consilio aga-
tur, quod ad omnes perti-
net, ne si res malè cede-
ret, Senatus authoribus
careret.

Postridie 4. die Novemb.
revitum est ad forum,
et cùm de concionatori-
bus ageretur, quibus mo-
dis effrenata eorum
protervia, perfidia, re-

bellio

bellio, impia de baptismo
doctrina et quavis agen-
di libido commodè coër-
ceretur, urbe eos ejicien-
dos esse ab omnibus fere
damnatum est, et ne
senatus de Patriciorum,
aliorumque civium, ibi
præsentium, fide quidquam
ambigat, nomina sua
profitentur, eáque in
tabulâ conscribi patiun-
tur, et auxilium pro-
mittunt, et præsidium
quidem armâtum, si
opus sit, pollicentur.
Præterea ne Concio-
natores querantur, tu-
tum sibi effugium non
patere, extra urbem
enim

enim in alterius jurisdi-
ctionem incidere, de peri-
culo ergo in periculum
præcipitari, extra cha-
rybdim in syrtes conjici,
quos sine clade, aut
saltem metu transire
non queant. Ideo per
subitam Legationem,
publicam securitatem,
tutúmque commeatum
per vicesim peragrandi
causâ pro abigendis
concionatoribus à Prin-
cipe, at capitulo 5. No-
vembris petunt, et fa-
cilè impetrant. Imo
Princeps per literas 10.
Novemb: emissas, omni-
bus Præfectis, Satrapis,
Jo-

Sograviúsque totius Juris
cessis praecipit, ne quis
Concionatore Monast:
pulsos, ab institutâ pro-
fectione remoretur, iter
praecludat, fugámque
impediat, et si opus
sit, ne quis mora pro-
texere queant, curribus,
equisque in avehendis
uxoribus, liberis, suppel-
lectilibúsq; ipsis suc-
currant, atque opem
ferant,

Inde ad diem 5. Novem:
bris: uti convenerat:
Senatus, Tribuni, Mecha-
nicorumque Magistri,
patricii, honoratioresq;
cives ad forum rever-
tun-

tantur, ut pulsis Concio-
natoribus urbem ana-
baptisticâ lue liberent,
et pristinâ pace fruan-
tur, neque hue tantùm
senatum defensuri, verùm
etiam adversarii fameâ
ei permoti confluunt.
Itaque ibi superiori
diei de pellendis Concio-
natoribus decretum ite-
raretur, continuò à quo-
dam Atensi primùm,
deinde à promissauâtur,
bâ non solum Concióna-
tores anabaptisticos
et eo dogmate infectos,
sed et omnes, quorum
consilio et ópe in urbem
admissi fuissent, aut

ullum illij officium un-
quam præstitissent, urbe
pellendos esse, damitatu
est. Quæ verba cùm Ger-
mannus Tilbechius alter
Consulum, multarum reru
novarum author, de se
dici intelligeret, Hæccine,
inquit, cives futura puta-
tis, hanccine consuli ve-
stro gratiam pro singu-
lari in vos fide et solli-
citâ administratione red-
dituri estis? alius huic
modo quærendus est cuneus,
vestra ista in bonos et
innocios grassandi libi-
do reprimenda est.
Hac Consulis voce Alber-
tus Swevenhave, Ber-
har-

1442.

S

hardus, Tripperdölling,
Hermannus Krampe,
Hupertus Krescher faber,
alique quàm plures, ana-
baptistico spiritu æstu-
antes adversùs Senatori-
am multitudinem adeo
inflammantur, et conci-
tantur, ut ab eâ secessi-
onem facientes, si casu ac
pugibus stringerent, qua-
si jam jam impetum
in eum facturi essent,
neque verbis Senatoriis
acriter objurgare desistunt:
Vos impii! inquiunt:
vestrum propositum
vobis hodie non succe-
dat, neque nos, sicut
decrevistis, trucidabitis,

neque

neque urbe profligetis:
Sunt enim nobis et vires
et arma.
Subitus utrimque fit con-
cursus, utrimque redi-
tur ad forum; Cleri quoque
primarii ministri, nec
non aliquot ex Clero
secundario ornati in pra-
sidium Senatorium ac-
currunt, utrimque se se
muniunt; Senatorii
curiam, Romanista
infirmiores quidem, sed
advenarum robore freti
murum coemiterii Lam-
bertini pro tutelâ et
defensaculo occupant;
utrimque nocturna
vigilia disponuntur;

utrim-

utrimque sibi metuunt. utrimque in diem armati sequentem consistunt.

Senatus advenarum vires potissimùm metuens, lu- ctuosum motum et eruen- tam multorum civium stragem instare animad- vertit, nisi se maturè interponat, et animos utrimquè exasperatos mitiget;

Quare in crepusculo matu- tino sexti diei Novembris, de pace recuperandâ, per viros graves ex Se- natu et plebe designa- tos, qui gratiâ utrim- que multùm valebant, agitur.

Atque

Atque ibi Wickius u-
trasque partes acriter ad-
monet: cogitant, se unius
urbis esse cives, unius cor-
poris membra, iisdem
moenibus concludi, eodem
sacramento et jure teneri,
quam sit temerarium,
eos, qui iisdem plebiscitis
constringuntur, sub pra-
texctu Evangelii et reli-
gionis induere arma, qua
majorum moribus dissi-
mile, quam naturae ad-
versum vicinitatis et
amicitiae veneratione ne-
glecta, affinitatis co-
gnitio excusa, ut ar-
ctissimo sanguinis vin-
culo dissoluto, in me-

Eum

tuum exitium conspirare,
sanguine cognato, fili,
ces platearum polluere,
in viscera sua irruere,
et parricidio in manus
sas turpiter contami-
nare, prudentius itaque
secum escpendant, quid
natura, quid certa ratio,
quid conjugium et libe-
rorum salus, quid pa-
triæ incolumitas, quid
christiana religio, imo
quid Deus Ipse con-cor-
dia amator dictet et
jubeat.

His verbis et armorum,
et iræ fervor paulatim
sic accessit, ac amabi-
lis concordiæ studium,

ita

ita animos omnium
tandem subit, ut nihil
prater pacem utrinque
affectarent, et cum Bot,
mannitâ neque urbe
excedere vellent, neque
suos concionatores pro-
fligendos esse paterentur. Senatorii verò
nullo modo istos ad
concionandum admitten-
dos esse, contenderent.
Theodoricum enim Fa-
britium et Joannem
Leninguen, eximios verbi
Dei præcones, à Lan-
gravio in gratiam urbis
emissos jam adesse, qui
evangelicam veritatem
in urbe docturi sunt.

Itis

1248.

Iis itaque legibus pax constituitur, Et Senatorii Romanistæ in urbe ferrent, neque tamen ad docendum admitterent. Præterea ut cuique liberum sit, eam fidem amplecti, quam sibi ad Salutem profuturam putaverit.

His itaque actis, digrediuntur, armisque positis veterem gratiam utrinque simulant.

Romanus vero adempto sibi ex superioris pacis pacto publicè concionandi munere, privatim et clanculum pri-

primùm quidem noctur-
no, deinde aucto suorum
numero, confidentiùs
diurno tempore, in qui-
busdam civium aedibus
anabaptismo docere non
destitit. Tempus conci-
onis chyrobombardae soni-
tu nunciatur. Ad has
concliones soli anabapti-
stico spiritu afflati ad-
mittuntur.

Doctrina Rot-
manni Anabapt.

Docet autem

I.

Paedobaptismum coram
Deo abominationem
esse,

2.

hinc

hinc Sacramenta, miſ-
ſas, Veſperas, Vigilias,
chriſma, oleum, fontes,
aquam, herbas, ſalem,
candelas et reliqua o-
mnia ejus generis, qua
characteribus, à Sacer-
dotibus ſignantur, a-
Diabolo et Antichriſto,
hoc eſt, Pontifice Rom.
quoſtũ gratiâ excogi-
tata eſſe.

3.

Templa impiorum chri-
ſtianis eſſe vitanda.

4.

Euchariſtiæ Sacra-
mentum, quod ſupra
caput Sacerdotis oſten-
tatur, magnum eſſe

Ba-

Balaam.

5.

Cum impiis et gentibus nihil commercii esse habendum.

6.

Diem Saturni divinâ authoritate institutum, non autem diem Solis, humano arbitrio dedicatum, esse celebrandum.

7.

Impios esse Papistas et Lutheranos, qui commessantur, crapulantur, scortantur, Deique verbo adversantur; non autem solùm catholicos, verùm etiam Luthe-

ra-

theranos suos Parentes et authores convitiis prosequuntur atque aliis dissentiunt, retinuit: Scribit enim Lotmannus Anno 1533. postridie Pentecostes ad Hermannum Legewardum Pastorem Harendorpensem in Epistolâ quadam in hæc verba: Mirum quantum Lutherani negotium moliantur in nos, sed non timemus, quin Deus rem bene portunabit

§. 22.

Sentes verò esse simplices, et fraudis expertes, civesque agricolas, qui Sacerdotum figmentis credunt.

IX.

Interea annos mille et quadringentos nullum in orbe fuisse verum Christianum neque post tempora Christi ullum fuisse Sacerdotem: neque Apostolos ipsos Sacerdotes fuisse. sed Ministros Dei, qui verbum suum annunciaverint; Christum vero ultimum fuisse Sacerdotem.

X.

Sentium Magistratui non esse obediendum.

XI.

Sentes ante tempus a Deo prafinitum non esse docendas, mundum enim pro-

pter

pter peccatum luctuosam
prius afflictionem passu-
rum, et impiosque in
ore gladii casuros, inde
relictos superstites ad
regnum Dei concionibus
esse vocandos.

12.

Christum humanam
naturam à Mariâ non
assumpsisse.

13.

Conjugia christiano-
rum revocanda esse, cum
ante iteratum baptismum
conjugia non fuerint.

14.

Scri-

Christianos esse, qui primum in Christum credunt, deinde in nomine ejus baptizati sunt.

§ 15.

Uxores maritos suos dominos appellabunt.

§ 16.

Neque famuli, neque famulæ fideles, cum gentibus matrimonia contrahent, neque iisdem inserviant, sed solis fidelibus.

§ 17.

Nemo christianorum cum impiis in judicio contendet.

ib.

§8.

Nemo Christianorum usuram ullam exercere debet; proinde neque pensiones exiget, neque salvet, omnia enim Apostolorum exemplo fore communia.

§9.

Quilibet Christianorum cursum suum, à se captum, absolvat, et perficiat, neque respiciat retro, ne ostium sibi præcludatur, hoc est: inquit: si pater, mater, frater, soror, aut ullus de cognatione hanc doctrinam et characterem fo-

foederis non susceperit, verum christianum non movebit, sed ipse in sua fide perseverabit.

Hanc doctrinam

oberati, inopes, atque ostium sectantes, quibus religio fuit, honestum laborem attingere, rerum communione, et usura libertate allecti, primum amplectuntur. Deinde opulentiores quoque personata et afflicta Lotharum gravitate atque sanctimonia commoti, sua bona in commune deferunt, personarum litera detractis signis aut discerpunt, aut

aut in ignem conjici-
unt, aut debitoribus
cum toto debito remit-
tunt. Quod non solum
viros, verùm etiam mu-
lieres alioqui ad rem
attentiores fecisse in con-
fesso est. Nam Brande-
shenia Knipperdollin-
gii conjugis mater, valde
opulenta, ita Spiritu
Dei agitata est, ut li-
teras redituum signa-
tas debitoribus cum
usuris perceptis resti-
tueret.

Ritis clandestinis concio-
nibus et articulis in
vulgus sparsis effectum
est, ut Anabaptistarum
nu-

numerus civium, adve-
narumque concursu in-
crementum non medio-
cre sumeret, imò bono-
rum numerum prope-
modum exæquaret, ma-
xime cùm multi boni
cives calamitosam ur-
bis faciem aversantes
emigrarent spontane-
umque exilium elige-
rent. Inter quos etiam
fuerunt, quorum sono-
lentia, consilio, ope, schi-
smata in hanc Reip.
primùm irrepserunt,
et admissa sunt. Quo-
rum quidam inter pro-
cere adhuc superstes
sunt, qui olim cum

pro-

promiscua plebe psalmos germanicos in templis cantillabant, concionesque seditiosorum magno studio sectabantur. Hi nunc eximiâ pietate praediti conspiciuntur, qui preces asperabantur, horum nunc genua et labia precum multitudine callo obducta videas, qui aquam consecratam, omniaque characteribus signata, tanquam pestem, et magnum aliquod malum averabantur et fugiebant, nunc nisi centum se quotidie cruciibus si-

gnent,

gnent, nisi se aquâ lu-
strali quotidie tingant,
nisi salem consecratum
quotidie degustent, diem
sequentem se non victu-
ros existimant.

Adversus hunc Rot-
mannum, ejúsq; fabri-
tiny acriter pugnat, sed
non solùm in religione
seu fide mutantes ab
anabaptismo deterret,
verùm etiam illud
sectantes revocat, lapsos
erigit, infectos sanat,
ac sacrarum literarum
antidoto solus corrobo-
rat.

Veniens enim hujus
comitato, qui eandem

mi-

militiam cum Fabritio
susceperat, varia discri-
mina vitæ subeunda sibi
esse conspiciens, ad suos
redire cogitat, consensor
more malens quàm mar-
tyr.

Hinc Senatus, ne omni
a fine certo ordine in
templis agantur, de re-
formatione rituum ce-
remoniarumque fabri-
canda cum Fabritio a-
git. Ille verò cùm se
pueris oneri impares
esse, ingenuè fateretur,
imbecillitatemque
ingenii sui quæreretur,
ad rem igitur istam
maturius et prudentius
con-

conficiendam adiuntur
illi Vikius, Brixius,
Virthemius, Glandorpi-
us, Belholtius ac Lan-
germannus, verùm etia
per Legatos Joannes
Westermannus Theolo-
gie Doctor, qui Lips-
ensi Suggesto præce-
rat, accersitur.
Cui cùm venisset Mon-
di Novembris ante meri-
diem in templo Franciſ-
cano, a prandio verò Au-
diano concionatus est,
suamq; facundiam ac
Wittenbergicam theologi-
am manifeste ostentavit.
Cum libelli a Rot-
manno conscripti, qui-
bus

bus plurimos in suum
errorem protraxit, ty-
pis excusis passim con-
spicerentur, suspicio
orta est, ipsum domi
suæ typographiam clan-
culum habere, ideoque
7. Novemb. duo Consu-
les, duo Judicii Assessores,
et duo Ædiles, Mini-
stris aliquot stipati,
ædes Lotmanni ingredi-
untur, qui cum ab uxo-
re domi esse negaretur,
alterque Consulum i-
psum domi esse, constan-
ter affirmaret, ille ma-
nifestum mendacium
procere indigne laturus
pertimescens, e latibulo
pro-

provit, suique copiam
facit; interrogatus, an
typographiam domi pa-
beat? ille negat. Mini-
stri jussi eam inquirunt,
reperiunt, repertam aufe-
runt, secumque in curiam
graphiariam asportant.
Fabritius interea cum
Joanne Westermanno,
aliisque doctis viris, ju-
perius nominatis, novam
in religione reformationem,
quæ cum Augustanâ
confessione consentiat,
fabricat, quam 28. No-
vemb. duo Consules, Jo-
annes Wickius Syndicus,
Joannes Langerman-
nus Senator, et Arnol-

dus

dus Pelholt Judex Mo-
nachorum quorundam
bene doctorum judicio
et censuræ obtrunt, inter
quos erat Dominus Jo-
annes Hottmannus Zeno-
vitæ Fontispalientis,
vir maximæ pietatis
et eruditionis, quem
tam Anabaptistæ, quã
Confessionistæ nomine
eruditionis suspiciã-
bant. Iti cùm multa
contra Ecclesiæ catho-
licæ instituta et ritus
per eam mutare in-
telligerent, censuram
exhibitæ formæ in E-
piscopum transtulerunt,
ad se enim istarum re-

rum

rum judicium minime pertinere arbitrati sunt. Verùm Fabritius putavit, se eos saltem inter quos haec religionis reformatio vigeret, authores esse habituros. Postquam Princeps noster Landgravium concionatores Monasterii misisse intellexit, Ns. Norimb. ad Eundem in haec verba scripsit: Se accepisse, quòd in civitatem Monast. quosdam concionatores certu in religionis negotio ordinem et formam componendi gratiâ transmiserit. Cùm autem in

Comi-

1768.

comitiis superioribus Si-
cesanis Reinæ habi-
tis, si aliquid certi pe-
tentibus ordinibus, in cau-
sâ religionis descriptum
reperit, cui ad occume-
nici concilii decisionem
subditi parerent, sibi
igitur parum placere,
quòd concionatores ipsti
suas partes sibi præ-
scripsiant, et suam re-
formationem, quam me-
ditetur, antevertant.
Se proinde rogare, ut
per scripta ipsis vetet
ne se his rebus intro-
mittere præsumant.

Ad hæc Landgra-
vius 27. Novemb.

se

Se quidem Senatus Mon-
precibus commotum, con-
cionatores eò misisse, non
autem reformationis pro-
scribendi causa. Sed cùm
ejus urbis concionatores
Anabaptisticum schisma
introducerent quo popu-
lum miserè seducerent.
Se ergo in commodum
civitatis, totiúsq; populi
duos concionatores eò mi-
sisse, qui verbum Dei purè
docerent, ac plebem ab
anabaptisticâ hac sacræ
scripturæ remedio libe-
rent, atque antidoto
adversùs eam præmuni-
ant; Se illo beneficio ma-
lam gratiam non prome-

ruisse

ruisse, opinari
Scriptum Theodorici
Fabritii ac Joannis
Leningi. Celsin-
gani parochi Concio-
natorum a Land-
gravio in urbem
missorum, ad Prin-
cipem Nostrum
Z G. Novembris, mis-
sum, in hanc Senten-
tiam:

Se à Landgravio
Principe suo ante heb-
domadas tres, erroris
cujusdam reprimendi, pa-
cis verò et Evangelicæ tran-
quillitatis componendæ,
christianæque reformati-
onis circa cœremonias et
ritus

ritus Ecclesiasticos contexa, de gratiâ in urbem Monast. abrogatos esse; qua omnia si uti sperent, præsidio divi, no feliciter peregerunt. Iam verò se intelligere, Episcopum quosdam cives Fulma, nicos Evangelii causâ apprehendisse, quorum vicem maximè doleant, se ergo rogare, ut relaxentur, ne, quod salutis gratiâ pie receperint, quasi impium ipsis objiciatur et imputetur.

Adhæc Princeps
3: Decemb:

Cùm sibi Landgravius de ipsorum adventu neque prænuntiaverit, neque præscripserit quicquam, neque

ab

ab eodem mandatum com-
ponendæ reformationis ha-
beant illum, se scripta su-
periora in sua existimatio-
ne relinquere. Quemadmo-
dum igitur Landgravius
reformationis alienæ in
suam ditionem præter
consensum suum illatæ,
fòret impatiens, ita se
quoque reformationem,
à peregrinis sibi ignotis,
consutam, inter suos non
laturum. Scrib proinde
admonere illos, ut sibi in
civitate Monast. aliisque
locis suæ jurisdictioni
subjectis à novo reforma-
tionis contextu temperent,
neque enim id se æquo

ani-

animo laturum. Porro cum Pulmanienſibus captis, ſe etiam à Concionatoribus non admonitum, quid æquitatis ratio poſtulaverit, actu-rum.

Princeps ad omnes Dioeceſis urbes 30. Novemb. ſcribit, ſe componendæ reformationis ſtudio; ut in Reinanis comitiis Superioribus conve-nerit; occupatum eſſe, ſe ergo poſcere, ut ab omni novatione in religionis ne-gotio ſibi temperent, donec id, quod à Se Scriptum ſit, publicetur.

Sed cum Warendorpen-ſes poſt Comitia Reinana mul-

multa innovâssent, a civi-
cos per literas objurgat, quòd
ad præscriptum superio-
rum omitiorum non vive-
rint: quòd obedientia oblita,
seditiosos concionatores in
suam Reipubl: admise-
rint et quòd ceremonias
priscas mutaverint.
Ad quæ Z: Jacem: respon-
dent: quòd seditiosum con-
cionatorem abegerint, cum
verum, quem habeant, se
Monasterienſium consilio
et hortatu suscepisse, qui
a seditione animum ha-
beat prorsus alienum,
qui Evangelium fideliter
doceat, qui Sacramenta
non impugnet, sed in-
Jan:

santes quoscunque oblatos
baptizet, et neminem a com-
munione corporis et sangui-
nis Christi repellat. pre-
cari igitur se, ut Princeps
falsis istis delatoribus au-
res suas occludat, et se sem-
per ad justam defensio-
nem admittat, nihil enim
se unquam admissurum,
quod obedientia, quam
Principi debeant, violetur
Et cum omnes urbes, se
Principi paruturas, referi-
berent, Solus Senatus
Mons. in haec verba 2.
Decemb. respondet.
Cum transactio in causa
religionis inter se et Prin-
cipem sit inita, se ergo ad-

versus eam nullam a Principe ordinationem aut reformationem admisurum, se enim in religionis negotio christianam dispositionem publicasse, atque unanimi omnium ordinum, totiusq; Reipubl. consensu approbasse, qua gloriam Dei, christianam concordiam, pacem atque salutem civium quaesierint.

Quamquam Princeps creberrimis suis monitis, nihil apud Senatum efficeret, sed Senatus pertinacior in recipiendo Numportio redderetur; tamen ejus causam 12. Decembris

sic

sit agit:

Princeps ad Senatum:

Sibi certo constare, Rum-
pertium, quem Concionato-
rem suum templi constitue-
rit, verbum Dei pure et sine
seditionis et schismatis
concitandi studio fideli-
ter docuisse. Sibi ergo
mirum videri, cur Sena-
tus eidem urbe interdixe-
rit. Se itaque Senatum
iterum monere, ut hunc
intra moenia officio suo
fungentem ferat. Si vero
illud cum bona pace im-
petrari non possit, feram
rem tempori committere
oportere.

Schedula

se

1478.

Se ante hac à Senatu postulâsse, ut seditio-
sum concionatorem
Bernhardum Rothman,
num cum collegis suis
urbe profligeret, ut pax
et tranquillitas quæ-
ratur, conservaturque.
Sed cùm hoc ad effectum
nondum sit perductum,
iterum sedem flagitare.

Fabritius invito
Principe suam
reformationem 30.
Novembris in Tem-
plo Divi Lamberti
promulgavit, populo-
que commendavit, di-
vinámque ultionem
transgressoribus com-
mi-

minatus est.
Haec reformatio omni-
um fere applausu ap-
probatur.
Sed Rotmannus facta
concione; cui cum quibus-
dam suae farinae in-
terfuerat; a convitian-
di libidine sibi non
temperans, Fabritium
intolerabilis convitiis
et probris in templo
et coemiterio publice
infectatur.
Neque Fabritio pro-
fuit, quod diceret, se
omnia Senatus jussu
facere. Et nisi Rot-
mannus sese a globo
populi accurrentis

sub-

subduxisset, à circum-
fusâ multitudine bene
pulsatus fuisset.

Fabritius hoc motu
minimè consternatus po-
stridie nempe A. Se-
cembris iterum concio-
naturus, majori animo
suggestum conscendit,
totamque propemodum
horam, se superiori die
indignis modis à Goth-
manno exceptum que-
ritur. Neque istam
effrenatam animi la-
scivientis libidinem in
liberâ civitate feren-
dam, nisi evangelium
contumeliæ vindictam
vetaret, nisi exemplo

Chri-

Christi mansuetudine
et benitate omnia
essent superanda. Ex
hac temeritate et auda-
cia facile agnosci, quis
sit in Lothmanno ani-
mus, quo spiritu agi-
tatur, unde illius do-
ctrina dependeat, cujus
suggestione et impul-
su feratur, se populo
altius expendendum re-
linquere, qualis sit illo-
us doctrina, quales
sint discipuli, nempe
convitiis dediti, ino-
bedientes, praefracti, re-
belles, seditiosi, et
a moribus pietatéque
sui praeceptoris non
ab-

1482.

abhorrentes, cujus fuco
non aliter quàm si
mica eſtingant.
Hiis ſimilibúsque verbis
acerrimè in Rothmani-
ſtas invehitur.

Petrus Wirthemi-
cùm Rothmañiſtis
acriter adverſaretur,
ſenatûs permiſſu ad
Ludgeriana parœcia
adminiſtrationem 6. i.
Decembris recipitur,
qui tamen ſuggeſtio-
ne Rotmanni per re-
tinto. a. d. Januarii
anni ſequentis è ſug-
geſto deturbatur.

Ipſâ die conceptio-
nis Deiparæ Vir-
gi-

ginis, qua fuit S: Se-
cundis, Joannes
Schroderus Wernesis,
Henrici Walravii fa-
bri ferrarii justa
Lilienbecam plateam
horsthanam commoran-
tis minister, qui per
aliquot annos mallea-
tor fuerat, ferrumque
in acubus impositum
pulsare, et in varias
formas ducere didice-
rat, repentino follium
spiritu affl atus, can-
dentiumque carbonum
lumine illustratus in
coemiterio Lambertino,
ad stuporem et mira-
culum usque concio-
na-

natus est, totáque con-
cio nihil aliud fuit,
quàm invectiva in se-
natum et Fabritium,
quam ita temperavit,
ut malleos et falca
propemodum moverit.
Magna quoque con-
fidentia, ne dicam
stultitia, se contra
Fabritium judicio ca-
pitis disputaturum
promittit. Sed quid
de fide et religione
disereret, qui perpe-
tuo apud incudem mal-
leorum sonum audi-
verat, qui non in
schola Theologorum,
sed officina fabrorum
stu-

studuerat, qui non
in collegio et consessu
doctorum sed potorum
se frequenter exercuerat,
multò melius in Py-
thagora ex sono malle-
orum musices inventore
contendisset.

Socratus hunc su-
orem et contume-
liam ad diem 15 De-
cembris dissimulavit,
superiorem verò Roth-
manni temeritatem,
quâ post publicam
concionem Fabriti-
um exagitaverat, ne-
que captivitate, neque
aliâ eximiâ poe-
nâ, qua seditiosis
me-

merito irrogatur, seu
exilio vindicare voleñ,
securitatem publicam,
defensionemque urbis
Kl. Decembris illi re-
nunciat. Accenso hac
sibi renunciánti in
senatu contemptum
et ludibrium hono-
rarium munus do-
nat magna cum si-
duciâ respondens: ne-
que quemquam se
formidare, neque au-
jusdam defensione
magnopere se egere,
si Dei, suorumque
præsidio muniatur,
se auxilio cœlesti
protectum, exilii in-
ane

ane nomen non time-
re, sua et Evangelii
propagatione deterreri,
Deo enim magis obe-
diendum esse, quàm
hominibus invidis, exi-
tium jubentibus, et ver-
bo Dei populum spo-
liantibus.

Hæc cùm Lotha-
nistis nunciarentur,
ad Doctorem suum,
quem consternatum
dicto senatûs esse pu-
tabant, consolandi
gratiâ agminatim
accurrunt, jubentes,
ut fortis sit animo,
patrem cælestem
christianorum con-
stan-

1488.

stantiam probatu-
rum, suis in ex-
tremis etiam angu-
stijs suâ consolati-
one adfuturum, con-
silia impiorum
dissipaturum, pios
omnibus calamita-
tibus eripturum. In-
trepidè igitur et vi-
riliter suo officio fun-
gatur, se ad extre-
mum vitæ halitum
contra omnem im-
piorum vim, tutelam
et defensionem polli-
ceri.

His pretis die solis
post Conceptionis Ma-
riæ festum, quæ
fuit

fuit 24ta Decembris
Knipperdöllingo, ali-
isque hujus factionis
Satellitibus stipatus,
ad templum Servatia-
num concionaturus
contendit; sed cùm tem-
plum clausum depre-
henderet a vi effrin-
genda sibi foret tem-
perans, in coemiterio
sub tilia perbrevem
concionem habuit, quâ
finitâ sine motu di-
grediuntur.

Eodem die Fabritius
in templo Lambertino
coenam Dominicam
Evangelicorum ritu
celebravit, cujus septem
par-

participes fuerunt, ipse Fabritius, Johannes Westermannus, Brixius, Wirthemius, Glandorpius, Langermannus, Belholtius, qui eâ de causâ variis convitiis à Lotmannistis excepti sunt.

Die 15. Decemb. Senatus novellum istum Concionatorem ex fabro ferrario subitò factum: qui 8. Decembris licentiùs, quàm prudentiùs in se et Fabritium debachatus fuerat: cùm se iterum ad concionan-

nanium efferret, per lictores apprehendi, et in carcerem publicum duci jubet.

Postero die 16. Decembris hora pomeridiana secunda, malleorum multitudo senatum captivi nomine coactum adoritur, suique tribulis liberationem seriò postulat.

Variè ibi utrimque habitæ sunt contentiones: Senatum ipsum capitali pœnâ tanquam factiosum, seditiosum, et Magistratûs sui convi-

tia,

tiatorem merito pu-
niendum esse conten-
dit.
Malleatores diverso
ab omni ipsum fa-
ctione, seditione et
convitiandi crimine
alienum esse censent,
qui Spiritu Dei agita-
tus, bona docuerit et
mala reprehenderit.
Ad quæ Senatus:
distincta et non pro-
miscua in Republica
esse officia: pacem
publicam diuturnam
esse non posse, si officia
quæ discreta esse de-
bent, confundantur et
miscentur, si alter in
alte-

alterius provinciam et
mesem temere irruat.
neminem enim sua vo-
cationis limites fine
motu et tranquillitati
dare unquam excessisse,
quemlibet itaque intra
metas sui muneris esse
vercendum, captivum
ad audendum ferrum, non
concionandum vocatum,
ipsum tamen totam ur-
bem insuetâ suâ concione
concitâsse: populum ad-
versus Magistratum
suum concitâsse ac
commovisse. Fabriti-
um à Landgravio
in gratiam urbis mis-
sum, publicâ Magi-
stra-

ſtratus̃ authoritate mu-
nitum et verbum Dei non
peregrinâ ſecc conta-
minatum ſedulò do-
centem contemp ſiſſe, non
intellecta damnâſſe, et
rejeciſſe, ſua ſomnia
ſubſtituiſſe, populo in-
ſolita ſuggeſſiſſe, ſchi-
ſmata introduxiſſe.
proinde templa ſeditio-
ſunitæ et rebellionis in-
terdum eſt ſtatuenda,
ut reliqui in ꝑace vivant.

Ad hæc Collectores
captivum naturâ mali-
tioſum non eſſe, cum vir-
tutis et pietatis amore
percitus, vitia manifeſtè
reprahenderit, et veri-

tatis

tatis propaganda studio
pia et Evangelio con-
formia adeavim usque
donerit, neque arma ad-
versus Magistratum po-
pulo suppeditavit, sed pa-
cem quæsiverit, neque sa-
pientiæ doctrinam, sed mores
quosdam indecentes fugitta-
verit, neque quemquam
præter meritum offenderit,
neque furto, neque proди-
tione, neque rapina, neque
latrocinio, neque ullo alio
enormi flagitio se contа-
minaverit, aut quicquam
morte dignum commi-
serit, nisi bene agere, et
salutaribus monitis ci-
vium salutem quærere

fla-

1496.

flagitii nomen mereatur. atque non ita rerum nomina, cum moribus huius temporis mutata esse, neque tam augustam christianorum libertatem unquam fuisse, quin etiam sine Magistratus facultate et permissu bene agere semper licuerit. Insontem itaque fabrum pristinae libertati restituant, et de extremo illius supplicio frustra cogitari desinat. Se enim tribulem suum innocuum non desertur os.

His verbis Senatus propositum fecisse.

Fabro

Fabrorum verò turba
acriùs instat. Senatus
trepidat, et inumbrante
vespere in sequentem di-
em proferendam esse cen-
set, nocte consilium
utile daturam.
Multitudo respondet: sa-
tis sibi deliberatum esse,
neminem injuriâ affici-
endum, innocentis san-
guinem non esse fun-
dendum, ne divino vin-
dictæ magnitudinem in
se provocet, miserum
ergo hominem pœnore car-
ceris liberandum.
Senatus de seditionis
pœnâ, quam captivus de-
disset, nisi malleatores
inter-

intercessissent, prorsus desperat. Quare ipsum postridie liberatum iri promittit.

Ibi tum tota multitudo ipsum non postridie, non cras, non sequenti die, sed subito jam jam effracti carceris repagulis eripiendum esse clamitat, nisi Senatus jussu relaxetur.

Hac inconcitata vociferatione laborum Senatus in condavi Senatorio territus suae saluti timebat.

Quare quod sequenti die erat futurum, illud et nunc sine magno incommodo fieri posse exi-

sti„

Stimans, per Lictores et
Ministros publicos carce-
rem aperiri jubet. Cautio-
ne itaque de non ulciscen-
dâ captivitate præstitâ
liberatur. A Mallea-
torum multitudine ex-
ceptus in cauponam ab-
ducitur, atque ibi per to-
tam noctem adeo se mu-
tuo Baneis urgent cubulli-
ut plerique omnem mœ-
rorem, captivi causâ con-
ceptum, una cum horde-
aceo liquore evomerent.

Die 21. Decembris
Potmannum, Senato-
rii Edicti oblitum, multi
Anabaptistarum à Se-
ptimâ adoptavam in tem-
plo

1500.

polo Servatiano in arii
juxta pomerium sito
Lambertino cœna Domi-
nica Fabritio admini-
strante participes fuêre.
Catholici verò Schi-
smaticum multitudine
consternati silent et
lugent.

Joannes Westermanus
Doctor, suo officio in
reformatione contexan-
dâ functus 28. Decemb.
Lippiacos penates re-
visit...

1501.

ACTA
ANNI MILLE-
SIMI QUIN-GEN-
TESIMI TRICE-
SIMI QUARTI.

Die circumcisionis
Domini Henr: Rol-
lius Rotmanista in
templo Aegidiano concio-
natur.

Quod cùm Senatus re-
sciveret, eò Ministros
misit, qui finitâ concio-
ne ablatis ab aditu
clavibus templum con-
clu-

cluderent, ne cuiquam istius factionis ibidem concionandi facultas re-linqueretur.

Brixius verò concionaturus, cùm Martinianum suggestum conscenderet, à Rotmanistis detur-batur.

Petrus quoque Wirthe, unus à quibusdam ividam, instinctu Rot-manni, templo Ludge-riano repulsus, ad conci-onandum non admittitur.

Inde ut vitatur motus per Senatum templum est clausum.

Solum autem Fabritium authoritate et favore

eximio inter Evangelicos
pollentem, aliosque omnes
beneficio linguæ obscuran-
tem Lotmanistæ invitè to-
lerant.

Omnibus Concionatoribus
contemptis solus hic est
in pretio, omnibus re-
jectis solus hic ad concio-
nandum admittitur, o-
mnibus templis conclusis
solum Lampertinum hujus
patescit, unde tantam
sibi eruditionis opinionem
apud plerosque compara-
vit, ut nemo visus sit
scire, quod ipse ignoravit,
ut inter suæ farinæ ho-
mines nemo humilior,
nemo mitior, nemo man-

suetior

Suetior visus sit.
Sic 4. Januarii finitâ
concione, quam à sextâ
ad Septimam matutinam
habuit, in Lotmanni do-
ctrinam publicè invectus
est. Cùm Lotmannus
suam Doctrinam contra
quodlibet periculo etiam
capitis publicâ disputa-
tione se defendurum po-
pulo passim persuaderet,
Evangelios autem subter-
fugere, neque in con-
spectum suum prodire
audere diceret. Fabri-
tius quoque se adversùs
omnes Lotmanistas
atque Erberum ipsum
suis impensis coram

cor-

corruptis, æquisque judi-
cibus quibuscunque di-
sputaturum offert. Sena-
tus cognita contendenti-
um voluntate, pariq[ue]
disputandi studio, et
fervore finem tumultuan-
di jam fore arbitratus
est. Nam itaque au-
thoritatem interponen-,
quosdam doctos et pios
viros, ab Evangelicis Prin-
cipibus designandos, huic
disputationi adhibendos
esse consulit, quibus vi-
ctoria judicium committa-
tur. Quam rem civitatis
sumptibus sibi curæ fore
promittit, qua omnia
utrimque placuerunt,

verum

verum cum Senatus de
certo die, quo contenden-
dum sit, ageret, Lotman-
nus cum suis subterfuge-
re, trepidare et tergiver-
sari coepit, dicens etiam,
si adversarios suos ma-
nifestis Scripturarum
veteris et novi testamenti
argumentis superaverit,
quod futurum certo sciat,
addo tamen á veritatis
tramite defleciße, ut
veritatem etiam ágni-
tam agnoscere nolit,
alios Pontificiis institu-
tis seductos, alios
Lutheranicis delira-
mentis fascinatos, ali-
orumque hæreticorum
ac

ac Schismaticorum placitis dementatos, adeo pertinaces, quique propositi tenaces esse, ut nullis rationibus et Scriptura testimoniis se flecti patiantur. Adeo sibi omnes infestos esse, cum veritatem in lucem proferet, ut nullum judicem pro se pronunciaturum sciat. Tutius itaque se suam causam non hominum judicio, quod pro Stu a favore transversum capitur, sed supremo Judici decidendam committurum.

Disputatio ergo quam Senatus et plerique alii exspectabant, Romanistarum

rum

rum metu intercidit.
Quadam Mulierculæ,
non tam audaces, quàm
temerariæ, eodem 4. die
Januarii, horâ tertiâ
pomeridianâ Consules
ipsos, qui de more qui-
busvis sui copiam
in foro fecerant, / satis
confidenter adeunt, per
oratricem suam postu-
lantes, ut Fabritius ho-
mo ignotus, alienigena,
West phalicæ linguæ i-
gnarus, peregrino idio-
mate sibilans, temera-
rius, satius, malóque
spiritu agitatus, ab
officio suo moveatur.
Rotmannus verò vir
gru-

prudens, patrio sermone
dispertus, pius, ac omni
disciplinarum genere
instructus, substituatur.
Ne eam gratiam precibus
apud Deum fusis pensa-
turas.

Ad haec Consules:
ne his negotiis, se praeter
foeminum decus, misce-
ant; ad muliebrem sexu
non pertinere haec, fabri-
tum non nisi disputa-
tione victum, removendum
neque Lotmannum nisi
victorem, recipiendum
esse, verecundiae igitur
et foeminei pudoris me-
mores, pedates suos re-
visant, et familiae suae
pro-

prospiciant, sibi curæ fore,
ne Respubl. negligatur.
Quo responso mulierculæ
Ita exacerbatæ, vos, in-
quiunt, non estis Consules
qui, quod utile est Reipubl.
non consulitis, Vos non
estis Patres patriæ, qui
patriam negligitis. Imo vos
deteriores estis homicidis,
qui non solùm corpora,
verùm etiam animas cibo
suo defraudatis, ac verbi
Dei fame et inediâ cru-
deliter occiditis, hæc, si-
miliáque verba effunden-
tes recedunt.
Die autem 5. Januar.
eadem mulierculæ adscitis
sex Vestalibus Transflu-
via-

viarii: quas saturitas,
et rerum copia effrenes et
profugas fecerat, quæque
cum habitu omnem
pudorem excuerant: to-
tum Senatorium ordinem
in curiâ coactum adoriun-
tur; cumque de recipiendo
Lotmanno in templum
Lambertinum multis
verbis inquietant.
Sed eorum postulatio beni-
gnè non est excaudita.
Quare digressum Sena-
torii ordinis benigniorib
responsi causa opperi-
antur. Verùm cùm Con-
les soluto consilio fecis-
sent, neque de recipiendo
Lotmanno Senatûs senten-
tiam

tiam á mulierculis rogati mutarent, illæ, pudore pro-, tinus verso in furorem, variis convitiis ipsos per plate-, am insectantur, infan-, dáque contumelia in ipsos, totúmque Senato-, rium ordinem, tantis clamoribus eromunt, ut multi passim in ædibus suis ad Spectaculum istud inusitatum accur-, rerent, ferociam, impu-, dentiámque fœminarum admirantur, maximè earum, quæ per annos aliquot conductæ, psalmos Davidis cantitare, cum Deo colloqui, et manue-, tiorem vitam agere

dein-

didicerant, et cùm quidam
mitioribus verbis eas ab
intemperantiâ coërcere
niterentur. Illæ quibus
ferox jam perierat, acri-
us fœmineo more in ca-
lescentes, Vos, inquiunt,
prius fuistis Evangelii,
nostrique negotii stre-
nui promotores, nunc
mutatâ sententiâ trans-
formati iterum in Ca-
pitas, Hafsieum Scum
administrante Fabritio
devorastis: Verbum Dei
oppressistis, neque pas-
si estis illud vulgari,
brevi vos istius impia-
tatis pœnitebit, brevi
pœnas, factis vestris
di-

1514.

dignas, estis daturi; Re-
dite in malam crucem, nun-
quam vivi redituri ha hæ,
ha hæ vos Capistæ, ha
hæ vos ~~dejora~~ deivori. Nulli
usquam fere modus con-
vitiandi, quidquid sug-
gerit furor, capiunt,
patentiùs tamen hanc
injuriam consules per-
tulissent, nisi insuper
excrementa vaccarum
et equorum, passim in
plateis reperta, in ipsos
conjecissent, sic impunè
consules totúmque Sena-
tum ludificabantur.
Varandorpenses
interea obedientiæ,
quam superioribus suis
præ-

scriptis promiserant Prin-
cipi, immemores, accito
concionatore seditioso, om-
nia magis magisque
caemplo suo Metropolis
innovant, atque hic con-
cionator majorem par-
tem non solùm civium,
verùm etiam pagorum
circumfusorum ad se
allicit, et ita sua do-
ctrina afficit, et contem-
ptis suis parochis, in-
fantes huc baptizandos
deferrent, neque matri-
monia legitima esse
censerent, quae concio-
nator Warendorpius
non jungeret.

Princeps itaque inusi-
tato

tato hoc agricolarum concursu offensus, in hæc verba scribit.

Scripserum Principi, pro ad Warendor. Ipenses 1. Januar.

Se aliquoties Warendor. penses familiariter admonuisse, ut ab omni religionis novatione sibi temperent, et Ecclesiæ catholicæ ritus exoscularentur, moribus que Majorum suorum tutius insisterent. Sed nunc se experiri ipsos præter spem ab obedientia in rebellionem perlabi, ne igitur ipsis aliquid deterius, con-

contingat, Concionatorem aut abigant, aut inobedientiæ nomine secum paciscantur, jubet.

Coffeldienses etiam adversùs fidem suam, Principi addictam, Concionatores novos iterum admittunt.

Quare Princeps d. 13. Januarii ad illos in hæc verba scribit:

Se ante menses aliquot seriò postulasse, ut Concionatores novos non solùm non admittant, verùm etiam eos urbe pellant. Se tamen nunc tandem re ipsâ compe-

riri,

rori, ipsos admonitionem
suam contemnere, et Supe-
riori novatione magis, ma-
gisque, non sine magno
Magistratûs et plebis
malo indies insistere;
Scitaque iterum jubere,
at Superioribus Scriptis
pareant, ignotos et se-
ditiosos Conciliatores
urbe ejiciant. Si verò
illud ab ipsis impetrari
non possit, eam fe ino-
bedientiam pro merito
vindicaturum.
Inde cùm minùs pa-
rerent circa 20. Jam
mandat Princeps suis
Praefectis: ut dives ejus
urbis, qui capita fedi-
tiosa

tiosæ doctrinæ fuerant, diligenter observent, et si muros egressi fuerint, capiant, captosque tanquam seditiosos in carcerem abducant.

Senatus inde Mons: de componendis civium motibus et suis partibus confirmandis, sollicitus, 8: Januar: erit. Et cùm de pellendis Conciliatoribus iterum ageretur, Henricus Scedelter pellio et Tribunus plebis, quem in Selgetica[2] captivitate per Armagnacenses, Gentis Florentinæ municipem, capi dignabe, captivamque secum abduxisse, fama fuit,

fuit; in Senatum et ma-
xime in Wickium Syndi-
cum debachatus est, quod
is esset multarum seditio-
num et rerum novarum
author. Ad quem Doctor,
abi, inquit, bone vir do-
mum, et custodi peram.
Hinc inter ipsos vehemen
longomachia excoritur,
et quasi anniculi hoedi
sibi mutuo insultant.
Sed Consules istam con-
tentionem intercipiunt,
Inde seorsum de civili
utilitate consultant, atq;
quosdam concionatores,
praeter Rotmannum
plebis favore tutum,
repugnantibus etiam
qui-

quibusvis urbe exigen-
das ejs decernunt. Et
si illud succeserit, Lot-
manium quoque idcirco
omnium sectiosorum con-
spectum facilius posse pelli
existimant.

Lotmanistæ vero utpote
Lopriscius, Rollius, Stra-
lenius, atque Nordanus,
nihil sibi tale metuentes
hoc sedulò agunt, monen-
do hortando, rogando, per-
suadendo, objurgando, ut
sua factionis satellites,
et matronas divites de-
mentent, et eò inducant,
ut vel omnia vendant,
et precium in commune
conferrent, vel ad oneio-
nato,

natorum sedes deferrent:
neminem enim foederis,
et æternæ Salutis parti-
cipem esse posse, affir-
mant, qui non toto mun-
do renunciantes, putris
corporis ornamenta ab-
jiciant, vel in pauperu
confratrum et sustentatio-
nem Concionatorum ero-
gent. Væ Væ, inquiunt,
Monasterio Superbienti,
væ, væ vobis! qui aurum,
argentum, gemmas et
candida, vtraque capi-
tis pajsla ornatus gra-
tia geritis, maledicti
estis, qui pluris corporis,
quam animæ orna-
mentum facitis: Cau-
ite

ite itaque veterem hominem cum omnibus concupiscentiis suis et induite novam armaturam.

His concionibus mellis et aceto contemperatis effectum est, ut non solum inferioris sortis homines, verum etiam honoratiores commoverentur.

Nam Christiani Hordemanni viri Senatorii uxor à Rotmanno 1. Januarii rebaptizata est, quam redeuntem domum maritus reperta famulam cognita, ita in nova fide confirmavit ut via repere, nedum incedere posset.

Atque eodem die J.

1524.

virgines Aegidiani coenobii et aliquot Transfluviani, plurimique alii magni nominis cives à Lotmanno retinguntur.

Quadam etiam Matrona annulos suos, angula bullis argenteis et fibulis aureis decorata, aliaque ornamenta ab ædes Lotmanni deferunt, sed à maritis iustibus, minisque coacta ea reposcunt.

Quædam se subducentes, ædes aliorum oneionatorum subeunt, unia bibunt, dinculúmque docentur, persuadentes interim maritis, se ne-

negotiis ad rem domesti-
cam augendam pertinen-
tibus foris occupatas fuisse.
Quodcùm à quibus-
dam proderetur, marito
non solùm ipsas, domum
reversas, pugnis et fusti-
bus excipiunt, verùm et-
iam oneionatoribus, nisi
à consuetudine suarum
vitiorum sibi temperent,
diras minantur.

Ida a Norvelde
Transfluviani coeno-
bii Archivestalis suas
virgines praeter generis
sui verecundiam, atque
professionis suae institu-
tum à levibus homini-
bus sedulo animadverten-

Prin-

1526.

Principio his verbis
10. Janua: quaritur:
Sic quidem cum majore
virginum parte, Dei pra-
sidio juxta regula sue
institutum vixisse, nego
ullam aut religionis, aut
ceremoniarum novatio-
nem: ut Superioris Prin-
cipis scripto satis fieret:
hactenus admisisse. Ve-
rum nunc plausdam
preter omnem suam ex-
spectationem sui insti-
tuti & professioni oblit-
tas habitum commutasse
cenobio excessisse, sedi-
tiosorum in urbe concio-
nes audivisse, apud pro-
fanos vivi se conti-
nere

nere, neque ad obedientiam
se revocari pati, nisi sibi
egredi, concionesque audire,
et pro suo arbitratu redire
patiantur, permittatur. Cum
autem hæc votis monasticis
et suæ professioni, Episcopa-
li obedientiæ planè adver-
tur, se permittere non posse,
quin ista, quidem Principi
magno animi dolore signi-
ficet: se enim non libenter
de Virginibus suis queri, si
salvo honore & professione
suâ præmittere liceret, pu-
isque viribus omnia in pri-
stinum statum commodè
restituere posset. Verùm cùm
istis malis neque possit,
neque audeat, sine Prin-
cipis

cipis authoritate mederi,
se proinde suppliciter petere,
ut suâ ope et consilio sibi
succurrat, et scriptis suis
significet, quid cum iis-
qui exceperunt, et in po-
sterum exire in animo
habeant, agendum esse con-
sulat, ne quid forte à se
agatur, quo Princeps
offendatur.

Adhæc Princeps
16. Januar. rescribit,
ne eas Virgines, quæ con-
tumaciter regulæ suæ ju-
gum excusserunt, in cœtu
aliarum recipiat, ne earū
exemplo et impunitate, a-
lia quoque similem re-
bellionem et professionis
sua

fuæ prævaricationem mo-
liantur, aut majoris sedi-
onis inter obedientes sint
authores.

Ad hæc Archive-
Stalis 20: Januæ:
se neque precibus, neque
obtestationibus, neque la-
crymis, neque minis, à cæ-
nobii egressu Virgines po-
tuisse cœrcere, et remorare.
Et cùm major earum
pars habitum jam muta-
verit, si Principis consili-
um sequatur, ac rebelles
penitùs excludat, neque
eas recipiat, aut recentis
motûs causam, aut si
judicitio forte naufragi-
um faciebant: non solùm
con-

on sanguineorum, sed quo-
vis modo acerrima adver-
sus se obloquia concitaret,
quo omnia altius Prin-
cipi expendenda relin-
quat.

Ad quæ Princeps
26 Januarii:

Ut rebellium virginum
parentibus et agnatis ad
se accitis rem omnem ex-
plicet, quòd si illi eas ab
errore vago, ad saniorem
mentem et professionis
suæ vota revocare non
possint, eas illorum tutelæ
et potestati restituat,
ut illas secum ad penates
suos abducant, ne priori-
num cœnobii decus violetur.

Sena-

Senatus inde Non
superiori decreto suo satis
faciturus Coloprisium, Tra
sennium ad Vinnium per
Ministros suos 15. Januᵢ
urbe educi jubet.
Magna verò relictorum
multitudo tanti faciend
senatum, quanti Senatus
Principem, eósque ad
aliam portam, quasi cum
triumpho in senatũ per
petuam ignominiam in
urbem reducit.
Quæ res motus Reipubl.
interdum præsagiebat:
nihil enim illi periculo
sius est, quàm legitimo
imperio non parere, quod
fenestram privatæ au
tho

thoritati, quæ omnium mali in Reipubl: mater est, pa-
tefacit.

Hæc ubi Princeps facta esse accepit, labenti Reipubl. vicem doluit, quam cùm neque salu-
taribus suis monitis, neque familiaribus scriptis, ne-
que arestis, jurisque actionibus ab impiis cœptis retrahere posset, ne quid, quod ad suorum salutem et incolumitatem pertineat, omitti videatur, edicto publico per totam Diœce-
sim 23. Januarii promulgato, oppidanos ab impiâ suâ factione deterrere, et ad suam mentem re-

vocare

vocare voluit.

Edictum publicū

Nos Franciscus Dei Gratiā Epi. Scopus Mons. et Præb. Ecclesia Mindensis Administrator &c. &c. &c.

Notum facimus, quòd indubitanter verum esse, comperimur, damnatam, vetitam, seditiosámque factionem, Anabaptisticam doctrinam, per quosdam impostores et legitimè non vocatos Dei donatores, Bernhardū Rotmannum, Henricum

Dol.

1521.

Rollium, Joannem Ko-
pium, Hermannum
Strapadium, Dionisium
Finnium, Godefridum
Stralenium et eorum
satellites, sparsam in Civi-
tate nostra Monſ. cum
aliis multis periculosis
et mali exempli natio-
nibus cepisse radicesque
egisse, quod summo animi
dolore accepimus, unde
si hoc malum impune
grassari permiserimus:
non solum nobis Cæsareæ
Majestati, et totius Im-
perii indignationem,
verùm etiam Dioecesi
nostræ et subditis per-
petuam discordiam, sed

per-

pernitiem potius cumula-
bimus. Itaque ut subditi
nostri ab ista doctrina,
seditionem spirante, de-
terreantur, ad consules,
Senatum, Tribunos, Præ-
torum præfectos civitatis
nostræ Mokast. sæpius et
serio quidem scripsimus,
familiariter orantes, ut
seditiosam hanc doctrinam
et pernitiosum errorem,
urbe profligent, neque
ullo ~~modo~~ modo intra mœ-
nia patiantur, attestan-
tibus multis scriptis; ni-
hil ominus tamen hoc
damnatum schisma latius
per urbem serpere, et di-
latari comperimur, ut

autem

autem huic malo salutaribus remediis ac poenis, quæ Principem decet, occurramus. Igitur his scriptis Concionatoribus supra scriptis, ac omnibus singulisque civitatis nostræ civibus ac incolis, qui Concionatores istos defendunt, tuentur, recipiant, ferunt, ac tollerant manifeste vel clanculum, qui ne tales Concionatores propter impietatem et inobedientiam à Magistratu apprehendantur, meritisque supplicijs afficiantur, intercedunt, securitatem, libertatem, de-

defensionem publicam, tu-
tumque commeatum re-
nuncamus, diminuf.
Præcipimus itaque omni-
bus et singulis nostris
Satrapis, præfectis, judi-
cibus, Ministris et sub-
ditis, ut jam dictos ino-
bedientes, rebelles, factiosos,
et seditiosos cum omnibus
suis bonis, ubicunque
fuerint, et deprehendi
possint, arrestent, et in-
tercipient, personas ista-
rum capiant, captos Magi-
stratui tradunt, ut juxta
Cæsareum decretum,
ac Imperii Recessus le-
gitimis pœnis subjici-
antur, ne nos, nostrique
sub-

1538.

Subditi Imperii indigna-
tionem cumulemus.
Hæc serio præcipimus,
et volumus, ut nostri
profecti et subditi, si
pœnam et indignationem
vitare velint, hæc fide-
liter exequantur. In
testimonium nostræ volun-
tatis signum nostrum
subjecto spatio impressi-
mus. Datum A. 1534.
die Veneris post festa
Fabiani et Sebasti-
ani Mrrm...
Hoc Principis edi-
ctum, quàm oppidanos
moverit, sequentis tempo-
ris res gestæ satis do-
cent.

Nam

Nam ipso die conversi-
onis P. Pauli 25. Ja-
nuarii Lotmannus
ab octavâ ad decimam
in templo Servatiano con-
cionem habuit, in quâ,
non solùm retinctos, suæ
factionis homines, verùm
etiam Evangelicos et Ca-
tholicos præter opinionem
suam conspiceret, epilo-
go concionis colophonis
vice addidit: margari-
por cis non esse projiciendas,
sed electis, sudque catha-
logo inscriptis.
Neque post illud tempus
publicè, sed privatim in
ædibus quorundam civium
concionatus est.

Cresce-

Crescente autem Anabaptistarum numero, ita ut una domus eos non caperet, in singulis paroechis coeperunt esse domus, in quam Lutheristae vel concionem audirent, vel certis temporibus retinge-rentur, quae nullis patebat, nisi vel retinctis, vel iis, qui certo judicio pyloro fidem fecerant, se retingi velle. Habebant enim signatam vocalia, quam muta, quibus se mutuo in magnâ etiam hominum colluvie agnoscebant. Quae si prodita fuerant, alia prioribus substituebantur.

Hinc

Hinc circa horam
vespertinam 7mam
die 28ª Januarii
retiniti, nescio, quo Spiri,
tu agitati, sursum, deor,
sumque per urbem catenis
plateārum omnibus con,
duſis armati curſitant,
nocturnásque vigilias di,
sponunt: nostri verò extre,
ma sibi metuentes, quid
in animo habeant, ignari,
ædes suas egredi non au,
dent, quas tamen intus
ita muniunt, ne facilis
sit irruptio; suspicamur
enim non levibus argu,
mentis ducti, in nostrum
excitium arma ista pa,
rari; quæ tamen Deus
Omni,

1542.

Omnipotens à cervicibus nostris clementer avertit, pijs sic armati in diem sequentem, clausis interim portis civitatis, consistunt. Dùm hæc aguntur, duo viri peregrino & inusitato habitu amicti adsunt ; qui circa 13. diem Januarii Monvenerant, et apud Sniperodollingum diversabantur, ac Enoch et Helias vulgò existimabantur : quorum alter Joannes Boteldon, Leidanus, postea sceptra urbis invasit, alter verò Joannes Matthisson, in ini-

tio

tio obsidionis circa festum
Paschæ, ante portam Lud-
gerianam ab hostibus occi-
sus fuit, cujus relictam
uxorem Leydanus duxit.
Ati Singularem sanctita-
tem simulantes in ædibus
Knipperdollingi, cum Bot-
manno, Rollio Klopriso,
Krapadio, Finnio ac
Kralennio de rebus pro-
sentibus consultant, sug-
gerentes interim armatis
quid velint fieri. Et cùm
inter se dissentirent, aliis
urbem sua impiorum
purgandam esse volentibus,
aliis verò diem Dominicæ
ultionis nondum adesse
asserentibus, proinde im-

pio-

piorum eodem prorogan-
dam esse, et in diem Domi-
nicum differendam. Verùm
cùm sibi certò persuade-
runt, duos istos prophetas
esse et cœlitùs emissos,
quibúsque inconsultis
nihil sibi agendum sit,
decretum illorum exspe-
ctant. Ii verò post
multa suspiria et medi-
tationes, nondum tempus
esse purgandi arcam re-
spondent; prius plures
Deo lucri faciendos et
jam lucrifactos cœlesti
doctrinâ, non quidem in
impiorum templis ido-
latria foetentibus, sed
privatis Christianorum
ædibus

cibus confirmandos esse,
Nondum itaque impiorum
sanguine manus suas
contaminent, ne et ipsi
patrem coelestem offen-
sum reddant, diem Dni
propemodum adfuturum
exspectant, qui purgatu-
ius sit arcam suam ab
omni impietate. Iis
votibus tanquam à nu-
minibus quibusdam pre-
fectis acquiescunt.
Quare circa horam 4.
29. Januarii armati di-
grediuntur, penatesque
suos repetunt, atque ita
motus ille quievit.
Ex his Senatus pro-
positum suum de pellen-
dis

1540.

dis Concionatoribus Ana-
baptistici seorsim
motum causam esse ani-
madvertit; cùm illi pro-
sidio suorum seti pelli
non velint, ut igitur
se suósque cives quotidi-
ano cædis metu liberet,
cui impliciti tenebantur,
die 30. Januarii convo-
catis tribunis, Sechanis
nivorúmque Magistris,
non jam de exigendis
urbe Lotmanistis, sed
de pace intra mœnia
quoquo modo retinenda
consultant. Post diu-
tinam autem utrò ci-
tròque habitam consul-
tationem, placuit tan-
dem

dem, ut omni sollicita su-
spicione sublatâ, nemo ci-
vium seu in colarum sibi
quicquam adversi à suo
conceive metuat, neque alius
alium lædat, vonisque
exuat, sed familiariter
et pacifice mutuò vivant:
nemo alium convicijs aut
amarulentis verbis la-
cessat: nemo alium in
suâ fide turbet, fides sibi
libera et pro cujuscunque
conscientiæ instinctu arbi-
trariæ, donec Deus religio-
nis et fidei veritatem per
Spiritum suum Sanctum
clementer largiatur. Præ-
terea violentes hoc edictum,
publicæ pacis gratiâ da-

tum,

tum legitimis poenis affi-
ciendos esse decernitur.
Cum hoc edictum per totam
urbem à lictoribus jubente
senatu publicaretur, Rot-
manista erigunt crista,
atque in sinu gaudent,
se eò rem perduxisse,
ut consternato jam senatu
impunè omnia agant;
pactenus ignorati, ac in
adibus passim delitescen-
te, nunc prodeunt, ca-
pitaque attollunt, et
certò sibi persuadent, ac
testis patris nutu evenire
hæc omnia.

Princeps interea
Consilium Wattbeca
2. Februarii peragen-
dum

dum indixit, in quo convo-
catis statibus Dioecesis, de
religionis causa, aliis rebus
necessariis, et ad utilitatem
patriae pertinentibus ma-
turo consilio agant.

Item Monsey Casparum
Gudesedum Consulem,
Joannem Wickium Syndi-
cum seditiosum, Henricum
Redekorum; quem in
Belgicâ expeditione pe-
ram Melchioris de Bueren
quingentis aureis bene
munitam expugnasse
ferunt; et Selanum quen-
dam bombardarum pro-
fectum jaculandi peri-
tissimum cyclopem oblon-
gum et proceritate ter-
ri-

ribilem, cui alterum dau-
dere oculum jaculatorum
more non fuit necesse; mono-
culus enim erat, qui famam
egregii consulis et omni
judicio boni viri Everwini
Drostenii suggestione Knip-
perdollingi lacerare conatu
fuerat, sed ad palinodiam
adactus, in publico judicio
omnia recantavit, hoc no-
mine inter bonos male au-
divit. Hoscum Princeps
Legato Mon: adesse intel-
ligeret, ad colloquium suum
eos non admisit, sed a se
tanquam indignos repulit;
per consiliarios autem suos
consuli: quem bonum vi-
rum esse accepit: nunca-
at

at, se in isto consilio non de
rebus levibus, sed publicis, seri-
usq; et de incolumitatem
patriæ, salutemque anima-
rum pertinentibus acturum
fuisse, quibus seditiosos et
infames ipsos, quos secum
adduxit, interesse non velit,
nihil itaque in hoc conventu
actum est. Cuncti enim
infamium seditiosorumq;
potentia plurimum offensi
subito recesserunt, ne sibi à
viris Monast: aliquid mali
eveniat.

Lotmannus Liberius
jam nomini suo satisfa-
cturus à concitando motu
sibi non temperat, nam
flammas à vestalibus

qui,

quibusdam Transfluvianis
conceptas, excusitandasque
existimat, ne jam in situs
Evangelii sui fervor langues-
cat ideo assumptis qui-
busdam collegis suis coenobi-
um 6 Januarii ingreditur,
concionemque de matrimo-
nii laude habuit, et virgi-
nitatis ergastula, quibus
ea contra naturam condu-
ditur, miris orationis arie-
tibus effringit, virginesque
ad propagationem generis
humani, à quâ non ma-
gnopere abhorrebant, ex-
citare visus est. Inde ut
ex studio prorsus in sanos
saceret, persuadet illis,
turrim cum totâ coenobii
stru-

structurâ, universisque habitatoribus illius, horâ duodecimâ noctis sequentis diei ruinam daturam. Hanc rem non solùm à quibusdam Prophetis in urbe præsentibus, verùm etiam à Patre sibi divinitus revelatum esse. Quo oraculo non tam consternantur virgines, quàm lætantur, quarum Spiritus libidine flagrans à monasticâ vitâ abhorrebat; jam enim commodam occasionem exeundi jugum sibi oblatam esse arbitrabantur. Quare subsequentis diei auroram omnia bona ferè efferunt, quæ cùm nusquam tuti-

ori

ori custodia conservari pu-
tarent, quàm Rotmannum
virum Dei, ad ades itaque
illius magnam eorum par-
tem deferunt; neque ipsa
sese coenobio, partim Rot-
manni, partim aliorum
civium ædibus credidérunt,
Ida verò de Merveld,
Archivestalis, Ludgera
de Linteloen, ac So-
phia de Langen, ætate
et judicio reliquis excellen-
tiore, omnia ista à Rot-
manno in rerum quæstum
conficta esse sentiunt, ide-
ôque obtestationibus et
lacrymis multis abitureu-
entes retinere conantur,
sed frustra. Sic enim per

Rot-

Rotmannum dementantur,
ii fascinantur, ut proter
generis sui decus, virgineum
que pudorem, contempto
voto, mutatoque habitu, in
star amentium per plateas
decurrerent, nec moneri pa-
terentur. Quinde hæ
tres Domino Deo se se com-
mittunt, et louum, habi-
tumque voti sui, in quem-
libet fati eventum parata
non deserunt.
Cùm hæc fabula in vul-
gus spargeretur, vix non
potest, quanta hominum
multitudo per totam noctem
insomnis ruinam illam
opperiatur.
At ubi tempus ruinæ
ora-

oraculo prophetico designa-
tum jam instaret, nihil
prater Nyctirocacis, supra
urbem volantis vocem au-
divère.
Hoc ergo vaticinium
falsum fuisse, hodierna
etiam die declarat.
Ne autem Holmanna exci,
timationis sua naufra-
gium falsa ista prodi-
tione faceret, exemplo
Jonæ se tuetur, qui man-
dato divino Ninivitis e-
versionem prædixerat,
quæ non evenit, neque
tamen ideo ipsum pro-
phetam falsum putan-
dum esse, cum talia
prophetarum oracula
con-

conditionem semper indu-
dat, nisi egerint poeniten-
tiam, Virginibus quidem
ineluctabile impendisse,
sed cùm serio poenituerint,
Deum patrem hoc malum
clementer avertisse.
Ubi verò Collius
falso hoc oraculo Lot-
manni authoritatem apud
multos elevari intelligeret
in morem corybantium En-
thusiasum correptus fu-
riosè per plateas discur-
rens, horrendis vociferа-
tionibus et insanis boati-
bus impios à charactere
fœderis non signatos
ad pœnitentiam vocat.
diem enim Dñi instare
da-

clamitat. Quo aestu et
novâ rerum facis superio-
ris Rotmandi oraculi obli-
vionem inducit, plurimos
ab anabaptistico alienioris
edicto revocat. Alium au-
tem furorem texico immitti
retinentis fama fuit. Illud
enim Rotmanno parentum
suorum artibus e-
ditus in ligneâ lagenâ
à se baptizatis miscuisse
dicebatur.

Ex eadem Rotmanni
lagenâ cùm Georgii Mon-
tani Sarcinatoris filia
bibisset, simili furore per-
cita, 8. Februarii circa
horam secundam pomeri-
dianam in ædibus Bern-
hardi

hardi Swerthemii subsor-
nue in magno hominum u-
triusque sexûs coetu mirâ
dicacitate concionatur,
de quâ superius in Capite
de ostentis dictum est.
Eodem die Knipper-
dollingius et Joannes
Bockelson Leydanus
Prophetae circa ho-
ram tertiam à meridie
omnes propemodum suos
urbis percurrentes, superi-
oris vitae emendationem
luctificis et terribili da-
more postulant: nihil
enim praeter poeniten-
tiam, poenitentiam,
poenitentiam denue
datis capitibus, oculisque

in

in coelum defixis dimittant.
Quidam etiam nostrum
mutifii ejulatus, tristis
voces, quæ hyerosolymita
num prædixerunt excidi
um memores, hujus quoque
Reipubl ruinam lacry
mantes prædagiunt. Et
cum quidam inusitatam
corybantum insaniam
passim per plateas deri
derent, Væ, Væ, Væ
vobis, inquiunt, Væ, Væ
vobis, qui nos divino
spiritu agitatos deridetis,
qui salutaris pœniten
tiæ vocem non admitti
tis, qui fœdus nostrum
contemnitis. Agite
pœnitentiam, resi
pi,

piscite, resipiscite, ne ultionem patris coe-
lestis in vos provocetis.
Inve cùm ad forum reve-
terentur, ibi in totius po-
puli conspectu, ex omnibus
fere angulis urbis, rei
novitate coacti in mutuos
amplexus, mutuaque o-
scula prorumpunt. Cùm
autem furor defervisset,
et pristina mentis inte-
gritas paulatim illis re-
diret, Georgius Mon-
tanus Sarcionator,
cujus filia paulò ante
concionatore fuerat, novo
furore afflatus, ab-
jecto tegmine e capitis,
palmis in coelum sub-
leva-

levati / continuo accurrit, clamans: Suspici-
te, capitaque vestra nunc attolite, Suspi-
cite viri fratres! Deum gloriosum
in nubibus coeli co-
ruscantem, vexil-
lumque victoriae dex-
tra facientem; Va
vobis impiis, qui
in malis pertina-
ces estis, agite poe-
nitentiam, diesille
Domini magnus
et terribilis adest,
resipiscite, resipi-
scite, aeterna da-
mnationis poena
et cruciatus nullo
tem-

tempore finiendus
vos maneat qui Chri-
stum ex Mariâ hu-
manam carnem as-
sumpsisse creditis:
resipiscite, resipiscite,
Deus jam jam pur-
gaturus est aream
suam, et paleos in-
extinguibili igne ex-
uret. Agite poeni-
tentiam, et si divi-
nam ultionem vitare
velitis, characterem
foederis nostri sumi-
te. Quibus gestibus
hac, aliaque multa
prodamaverit, dici non
potest, nunc enim saxis
insultat, seseque saltu

quasi

quasi voluturus offert, et palmis elatis plaudit: nunc caput frequenti rotatu concutit, nunc oculos ad coelum attollit, nunc deprimit, nunc luget, nunc hurmi in forma cuncis procumbit, et in caeno se se volutat, ut paucis dicam singulis vocibus habitu corporis sui inservit.

Cum autem nos, quot quot aderamus, juvenum more insuetis vociferationibus obstupefacti, coelum diligentius intueremur, nihil eorum, quae retiniti vidcant, nec aliam, quàm usitata, tam coeli faciem, animadvertimus. Itaque ad

ad voluptatem Corybantes
isti à circumfusa juventute
delusi infero, simul sese
cum Antipserdollingo ad aedes
suas subducunt. Ibi Antip.
serdöllingus novo, sed mitiori,
quam prius furoris genere
exagitatus, in angulo ädi-
um suarum foribus paten-
tibus, ad parietem conversus,
cum patre aeterno, nobis
videntibus et audientibus se
loqui simulat, et plurima
ad popularem intelligentiam
non accommodata, nec justa
serie cohaerentiâ, sed more
furiosorum abrupta, nunc
manifestè loquitur, nunc
canticum mutitat, tan-
dem defatigatus in inti-

ma

mas domûs suæ latebras spumivomo ore se recipiens isti spectaculo finem imponit.

Quidam etiam homo obesus, staturâque oblongus, in Scotiâ natus, huc forte fortunâ delatus, qui, cùm pauper esset, victum sibi victum quærebat, hic sub ornatus et pecuniâ à flagitiosis conductus est, ut nostro tempore pœnitentiâ per plateas clamitaret, cùm esset cœcus, ne cœno platearum se se pollueret, altos pedibus perones aptat, hinc quasi anabaptistico astu afflatus curritat, pœnitentiam cla-

damitat, cælúmque ad-
mirandam et terribilem fa-
ciem ostentare damitat; atque
ita multos ad nocturnum spe-
taculum provocat, eádémque
frequenter iterat, tandem
cum ad plateam Regiam
devenisset, cælúmque jam
jam casurum ádita voce
ingeminaret, ipse ibi in
magnum mollis luti cu-
mulum prolapsus subito
obticuit, neque post illud
tempus ad similem fabu-
lam peragendam ullis
pollicitis, quantumvis
eximiis, induci potuit.
Jodocus quoque Calen-
burgus, eodem spiritu
agitatus, conatato equo
insi-

insidens, sursum deorsumq;
per vias pertur, et coelum
ruitorum nunciat, ac ad-
miranda se videre, multosq;
myriades Angelorum se
prospicere damitat.
Hic Mulier quæda
non absimili furore con-
citata, per omnes urbis
vias cursitans, tantis cla-
moribus ad resipiscentiam
omnes invitat, ut nec vo-
cem illam amplius edere
posset. Ne tamen Spiritus
Suggestioni desit, notam
obium a tergo cingulo
annectit, quæ tremulo
cursu agitata, sine in-
termissione sonat, atque
ita hominum ora passim
in

in se convertit, et quod vere negatur, nutibus et signis perfruit.

Praeterea Mulier quaedā de Zimmerniā sibi poenitentiam et resipiscentiam per vicos clamitat: Legem enim Sionis jam jam exitu descensurum, Hyerosolymamque instauraturum.

Hoc novo insaniendi aestu plurimi civitates territi, primum in dubitationem suae religionis sunt adducti, amplioque fide esse coepe runt, quos Lotmannus suā blandiloquentiā aggreditur, et jam nutantes

fauile

facilè prostravit, ínque fu-
am Sententiam protraxit,
atque ita suorum nume-
rum auxit, ut jam non
clanculum sed palam, ex-
cussis et effractis omnium
Magistratuum peni[s]s, re-
pagulísque ad imperium
urbis contenderent.
Nono enim Febr circa horam octavam ante meridiem, ultra quin-
genti infestis armis in-
structi forum, curiámque
vicinam, in quâ omnis
generis armorum copia
fuerat, occupant, ut vel
nobis occisis, vel pulsis
soli urbe potirentur.
Ubi verò nobis hæc
san-

Sanguinaria retinctorum
consilia nobis providerentur,
quidam Senatorii ordinis con-
tinuo per litores, cives non
retinctos, tam Evangelicos
quàm Catholicos pariter ad
coemiterium Sanctiuvianum
quod Alpha praetergluit, con-
vocant. Ereepto enim à
retinctis foro commodio
urbis locus nostris non fuit,
vel ad repellendam vim, vel
ad tuendum sese, nostri itaque
subitò tantâ copiâ armatâ
confluunt, at forensem
illam turbam et numero
et armatorum potentiâ
facilè superarent.
Quidam tamen illorum
cum aedes suas propter

re-

rctinctorum viuitatem
armati non auderent egredi,
arma sua per famulos per-
longis vestibus tecta, ad cae-
miterium deferri mandant,
quarum quaedam ab explo-
ratoribus prodita et inter-
cepta ad carcerem sub
palonumellario noctivagis
nebulonibus paratum
ita armata cum intolle-
rabilibus conuitijs dedu-
cantur, inter quos fuit
Apsola Ornatus et
Portius vir Joannis
Westlingi, Medicinarum
Doctoris expertus. Hospi-
tis mei familia, quae
cum in forum ab Ana-
baptistis protracta, et
mul-

multis conviciis exagitata
faibet, tandem quorundam
intercessione, quibus inservi-
erat, hac sola, sed spoliata
armis carcerem effugit.

Cùm verò Forenses
rotinsti se impares Trans-
fluvianis viribus esse per
exploratores accuperent,
improvisam et inopinatam
irruptionem metuentes,
primùm Sacellum Micha-
ëli Sacrum, turrim Lam-
bertinam, Curiam et o-
mnes foro propinquas de
tormentis et missilibus
implent, ipsum etiam
forum scamnis, sedilibus
è templo Lambertino
raptis, vasis, tabulis, la-

pidi-

pidibus et ruderibus subito undique convectis et compor-tatis ita muniunt, et pro modica extructæ munitionis intervalla crebris bombar-dis ita distinguunt, ut instructissimi exercitûs impressionem non formida-rent. Naves quoque omni-um portarum urbis dau-phinibus mutatis, cu-stodibus suæ factioni cu-stodiendas committunt, ne peregrino robore, in urbem admisso nostri se firment. Ex his omni-bus nostri facilè animad-vertant, quid retineti mo-liantur, quidve in animo habeant, proinde ut sua-rum

rum rerum rationem ineant, Suæque Saluti consulant, ne inopinantes oppugnentur, omnibus ad coemiterium plateis seu accessibus contra hostilem irruptionem bombardas majores opponunt. Turres Templi Dominici, & eam, quæ juxta pomerium à nocturnis larvis, seu Spectris nomen habet, ad arcendum retinctorum impetum, armatis viribus firmant, pontes ligneas, ne facilis ad coemiterium, occiduamq; urbis partem sit aditus, rescindunt, præter arctum porticulum, quo ex campo Dominico et orientali

urbis

urbis parte decliui viâ, per turriculam, à Speculâ nomen habentem, in coe-
miterium Transfluvia-
num descenditur, hanc tamen turriculam, ponti-
culúmque validis præsidiis et Sclopetariis, chirobo-
bardisque muniunt. Sed cùm non satis sibi puta-
rent, domestico pollere ro-
bore, nisi etiam externis viribus & consiliis, si forte opus sit, se firment, ideo singulari diligentiâ de-
putatum est, ut claves alicujus portæ urbis, sine magnâ dade consequan-
tur. quas cum explora-
toribus Joannem Paleum

viru

virum Senatorium et Conra-
dum Govoricum, qui re-
tinendorum causam fovere
dicebantur, detinere nun-
ciaretur, missis itaque
aliquot armatis, non so-
lum nos duos, apud quos
dave Mariana porta de-
prehendunt, verùm etiam
Vinnium et Stralennium
concionatores Anabapti-
stios aliósque ejus fari-
næ homines capiunt,
turrique Transfluviani
Templi firmioribus utri-
que valvis munitæ
includunt. Mirantur
autem omnes boni ana-
baptismum etiam in
Senatum irrepsisse, jam
jslure

1578.

plures Senatorii ordinis viri, à nostris in Anabaptistici favoris suspicionem non falso capiuntur, qui tamen se candidos et innocentes esse fingebant. Raptis itaque clavibus et Paleo, ovvidicóque earum ~~custo~~ custodibus in carcerem conjectis porta Mariana ac Judefeldana valida præsidia continuò p. ne quid mora absit, imponunt; aliarum vero portarum omnium jus nostris præreptum, in retinitorum fuerat arbitrio.

Flumen motum et grave urbis discrimen, quidam civium

civium primates senatum
suspectum habentes, Plinii,
qui per literas subitò significa-
rant, consilium neque auxilii
usquam contra retinitos po-
centes: se enim impetu in
ipsos facto omnibus mole
illius nunquam finem
imposituros. Princeps
ubi hoc intellexisset, sela-
boranti civitati, bonisque
civibus, qui coercenda se-
ditionis semper auctores
fuerint, neque consilio,
neque auxilio, etiam su-
pra vires suas defuturum
rescribit. Ne autem pro-
positum suum multis
patescat: quod gerendae
rei plurimum obesse
saepe

soepe solet: literas de Ger-
mannum Silvechium præ-
cipuum et Superiorem ex
patriciis Consulem, quem
factiosum non esse aesti-
mat, in hæc verba mittit:
Jurium civile dissidium
et seditionem intestinam
in urbe Monast: à retin-
ctis concitatam esse intel-
ligat, ita ut cives sint in
armis, totáque civitas esse,
ro exardescat motu, et
horrenda sanguinis effusio
sit metuenda, nisi retin-
ctorum vis, qui priores
arma sumpserunt, civi-
lemque concordiam ali-
quoties dissolverunt, coër-
ceatur; se proinde petere,

ut

ut sibi cum meliori equi-
tatu veniendi, citra ullam
urbani privilegii deroga-
tionis suspitionem porta
aperiatur. Se Civitatis jura
et Reipubl. Nonsl. liberta-
tem in minimo non viola-
turum, incrementis potius
aucturum, se pacificos et
insontes cives, contra rebel-
lium insultum defensurum,
factiosorumque conatus
repressurum, se urbem ab
imminente clade, ne totam
secum vicissim in exitium
praecipitet, liberaturum.

Consul has Principis
literas in omnium civi-
um, totiusque Reipubl. per-
niciem supprimit, neque
de

de more Senatui, Tribunis
Mechanicorúmque præsidi-
bus examinandas offert, for-
te quòd Sanguinem cognatũ
non esse fundendum consu-
lat, vel potius, quòd sibi,
suísque deest, retinctis, in-
teritum metuat, adeo ideo
cum retinctis parùm nostris
verò multum præsidii su-
pesse animadverteret, o-
nes suos conatus, omnesq;
ingenii vires intendit, ut
caninam discordem simu-
latam, et civibus exitia-
lem concordiam introducat.

Retinctí cum suis viri-
bus diffiderent, ad armo-
rum copiam confugiunt,
quibus se in terrore Tran-
flu-

plurianorum, quantum pos-
sunt, firmant; proinde ali-
quot armatos et bijuges
equos majores bombardas
asserendi causâ ad arma-
mentarium apud portam
Algidianam situm emittunt,
atque 3. stationarios
milites juxta cœmiterium
Algidianum in eo loco, quo
per viculum ad campum
Dominicum itur, custodiæ
diurnæ gratiâ collocant,
quæ res cum nostris pro-
deretur, protinus 50.
vi repetitum bombardas
armanto, quos a cœmite-
rio per longas ambages
Bispinghoviana immu-
nitatis, hostium obviam
mit-

mittunt. Interea Joannes
Jostlikgus medicus et Jo-
stercampius acerrimi Ana-
baptismi hostes, quos ego
globis ferreis corio obdu-
ctis, in usum illorum ar-
matus sequebar: compen-
dium quærentes à comite-
rio Transfluviano per
campum Dominicum, via-
que supra dictum ad
Agidianam plateam pro-
perant, ut suis sese con-
jungant; qui dum præter
spem et imprudentes in
stationarios incidérent,
in ipso pavore animos su-
munt, neque enim retro-
cedere audebant, verbis
acrioribus non aliter

Statio-

Stationarios compellunt, quam si exercitum sequentem habeant. Illi subito adventu, et clamore nostro territi fese in fugam conjiciunt, suisq; in foro, hostem adesse nunciant, horrorem armatorum prædicant, et multa vero acerbiora, quæ metus suggesserit affingunt, continuo armatos in suorum præsidium mittendos esse clamitant. Dum hæc agun-tur, quinquaginta à nostris emissi per ponticulum lapi-dem progressi: ubi publicæ est forica et Stabularii apud Domum Cappenbergen-sium equos suos aquan-tur: adsunt, et prope agi-

Dianum cœmiterium hostibus, duas bombardas habentibus, occurrunt, qui â nostris hostilem impressionem sentientes, per vicalu transversum ibi vicinum ad eorum fugitant, actre, pidationem duplicant. In eo motu equus, unam bombardam trahens, ibi forte trajectus, procubuit, alteram verò nostri, custodibus abactis, eripiunt, retortóque equo avehunt. Extincti verò catervatim sine certâ tamen acie foro effusi, nostros missi, tibus frustrà prosequuntur. Ego autem adhuc puer tali crabonum fu-

furro

furro, ac tormentorum bom-
bis non aperuerit; sed Ana-
baptistarum ministerium,
in cœmiterio Agidiano post
craniorum repositorium
me subduxi, ibique delitui,
et motu posito meticulose
iterum prorepsi, ac ad no-
stros reversus ipsis una
cum bombarda incolumes
ad cœmiterium redire com-
peri. Inde de re præsentibus
à nostris accurate consul-
tatum est. Omnium qui-
dem votis irruptio info-
rensam turbam placuit,
ut omnibus controversiis
finis tandem imponatur,
ne novus motus impo-
sterum sit metuendus.

sed

Sed quâ ratione commodissime et sine clade magnâ fieri queat, dubitatum est, alias ut aperto marte, undique in forenses jam consternatos metu, impetus fiat, consulentibus aliis vero suadentibus, ut ex omnibus plateis, ad forum vergentibus vineæ agantur et pernajores bombardæ, munitionibus forensibus deturbatis, hostibusque depulsis expugnatio tentetur. Sed cùm utrumque multo sanguine et vulneribus visum esset constaturum, quibusdam placuit, ut vineis actis ex omnibus quidem plateis, quanto fieri possit

aspe-

apparatu bellico simulatâ impressione, sed frequentis jaculis impetebantur, atque assiduo labore ita defatigentur, ut nullum ipsis respirandi tempus relinquatur; Dum autem pugnæ sint intenti, recens exercitus præruptis Nobilium canonicorum ac civium arcuatis ædibus transverso impetu præter spem et opinionem in forum irruat, eam fore victoriam minus sanguinolentam. Hoc consilium plerique visi sunt approbare. Jetrùm cùm de hac re conficiendam majore exercitu opus esse putarent,

joan.

Joannem Hechlerum
et Hyeronimum Buschi-
um et alios quosdam circes
sub noctem in pagos circum-
fusos, paganos in præsidium
excitatum abiegant, qui
Theodorici à Merveldt
Satrapæ Hallbecensium au-
thoritate freti, ministris
que illius stipati pagatim
crepitentia in curribus
æra concutiunt, agrico-
lasque in auxilium vocant.

Cùm autem nox insta-
ret, vigiliæ nocturnæ u-
trimque disponuntur, u-
trimque Symbola vocalia
dentur: nostris: Christus
retinctis verò: Pater. Neque
nostris Symbola muta
de-

desunt, stramina enim
certa in armis gestant,
quæ diam tanquam in-
nocentiæ signa ex omnibus
irretitorum ædibus su-
spendi jubentur, ne in fu-
turâ irruptione per erro-
rem forte in adesinno-
centis civis impetus fiat,
unde retineti calumniæ
andi occasione sumpta,
nos verò Deo neglecto,
spem et fiduciam in stra-
mineo eos collocare,
nos invocare: ab his auxi-
lium exspectare, passim
per plateas plenis bucis
vociferantur.
Utbinque sic in armis,
Alphâ interluente, hi

in

in orientali, illi verò in
ouidua parte urbis in die
em sequentem fremebundi
consistunt. Interea Tran-
sfluviani per noctem mutuo
sibi animos augent, et
ad acriter pugnandum
se se invicem inflammant.
Stasim ille quoque
Ecclesiastes Fabritius
ipsos circuit, ac fortitu-
dinis constantiæque exem-
plis propositum confirmat.
Sed precatur, ut quan-
tum fieri queat, à co-
gnato et civili sanguine
sibi temperent, et post
adeptam victoriam
Papistas, omnis seditionis
et urbani motus autho-
res

res, nunquam in pristinum Statum dignitatis, authoritatisque suæ locum restitui patiantur.

Ex adverso Bernardus Lotmannus, Joannes Polyander Leydanus, atque Joannes Matthison prophetæ sorenses, retinito animant, victoriam in suis manibus esse, persuadentes: patrem enim cœlestem suos fœderis signo notatos contra omnem impiorum insultum defensurum. Plurimæ quoque Anabaptistarum fœminæ patrem precaturæ domum pictorum in foro piscario ingredi-

un-

untur, atque ibi per totam
noctem nunc tacitè, verbisq;
non intellectis intra se
murmurant; nunc elatis
vocibus patrem invocant,
nullaque fit filii men-
tio, nunc pro christia-
nis suis fratribus, forte
occupantibus precantur;
nunc pro impiis, id est,
nobis, ut aliam mentem
clementer largiatur, aqua-
dam etiam dextro percita
ab aliis discurrentes sa-
xis platearum insultant,
manúsq; jactant, creber-
rimeque plodunt, capita
concutiunt, coelum intue-
entur, et patrem cum
omni coelesti militiâ
et

et innumerabili Angelo-
rum multitudine in nu-
bibus cœli consistere, jam
jamque descensum in
terrâ mòliri, horrendis
vocibus clamitant, inde
ad cœtum suum reverse,
psalmos à Luthero in
vernaculam linguam
transfusos cantillant,
Neque huic sexui aber-
rant viri, eâdem insaniâ
correpti, et mulieribus
forte dementati. armati
verò sine intermissione
psalmos canunt. Iis stu-
diis totam noctem utrin-
que transigunt, exortâ
verò luce matutinâ
Knipperdollingus effre-

na-

natus, furiis iterum agi-
tatus, cùm per omnes
urbis vicos instar amenti
et furiosi, vitæ superioris
pœnitentiam clamans
percurriset, tandem cir-
ca horam septimam ma-
tutinam eadem pœniten-
tiæ voce etiam Transsylu-
vianus auscultet accipere.
Agite pœnitentiam,
clamat, vos impii agite
pœnitentiam, resipis-
cite, resipiscite, ira e-
nim Dei capitibus ve-
stris impendet, O Pater,
O Pater eradicatio,
eradicatio!. Fuisset
profectò à capsdro Ju-
delvano fratre uterino
trans-

transposuit, nisi quidam
intervenientes ipsum eripu-
issent, et captum in turrim
conjecissent, ubi miro boatu
cum reliquis Ecclesiastis
et retinitis viginti quinque
ibi conclusis, se ad ravim
usque exercuit. Deinde
circa horam octavam
innumerabilis pene paga-
rum multitudo suo more
armata adest, nostrumq;
exercitum non parum
auget. Addidit et animos
nostris Satrapa Wottbe-
cani, nobiliumque cano-
nicorum, cum equitibus
et ruricolis nocturnus
adventus, et maxime cum
Principem ipsum cum

in

instructo equitatu adjutu-
rum intelligerent. Nobiles
ibi canonici ad Satrapa
continuo praesidium et o-
peram suam adversus re-
belles consulibus offerunt.
Ad quae Hermannus Til-
bechius gratis actis respon-
det: Se in civitate sua
peregrino auxilio ad pa-
cem conciliandam non
egere, eam rem per se et
sine sanguine et acer-
bore motu conficere
posse. Illi tamen catha-
stropham fabulae exspectare
maluerunt.
Extincti vero desperantes
praesidium suis rebus
diffidere coeperunt, itaque

Hippen-

Lippenbrochium atque Suedarthonem legatio-
nis obeundæ causâ ad
nostros mittunt, qui pu-
blicâ fide à nostris ad
colloquium admissi, pri-
mum suos vehementer pur-
gant, quòd arma non in
suos cives, sed exercitii
gratiâ sumpserint, et si
quando opus esset, ea in
hostes externos expeditius
converterent, se quoque
in proximos pagos fru-
menti causâ expeditio-
nem facturos fuisse, cum
obsidionem sibi ab Epi-
scopo metuant; eam vero
à Transfluvianis ar-
matis in detrimentum

urbis

unbis impeditam esse, ipsos
secessionem et partes secisse
ipsos pacem et fidem ex-
spectam habuisse. Se qui-
dem priores arma induisse
sed meminerint, uti priores
se hostes declaraverint.

Ut ut sit, intelligant,
ipsos Episcopum contra
cives concives praeter meri-
tum et officium vexasse,
atque in urbem cum e-
quitatu suo hostili inter-
misuros. Se illis aliter
hanc rem expendendam
obtrudere, et quid inde se-
cuturum sit, penitus in-
tra se cogitent. Si hostis
intra muros recipiatur,
quae sit futura Reipub.

salus

facies si duro servitutis jugo, ac Tyrannide civium commoda opprimantur, quae libertas, quod jus, quod privilegium superesse possit, hoc quoque secum existiment, atque incorrupto animi judicio penderent, libertate semel amissa, an ullam unquam spem ejus recuperandae religuam fore? Se quidem jugalis suis, quos secum ferant omnia pendere posse, sed ipsi hoc agant, in hoc laborent, ne majorum suorum vestigiis sint indigni neve ab illorum virtutute et pietate degenerent, ne proditione hac dum sibi incommodare

co-

conentur, suos liberos, suos
nepotes, totámq; posteritá-
tem futura Reipub: in per-
tuam servitutem præcipitent.
Si opes, divitiásque cadu-
liberis suis relicturi sint,
saltem hæreditatem et pos-
sessionem inæstimabilem,
neque auro neque gem-
mis conferendam: liberta-
tem nempe sine invidiâ,
cum possint, relinquant,
secum non volvant, milvi-
nam pacem muri, ra-
neque non solum fuisse
exitialem: verum etiam
imperium paludis trans-
stulisse: cognoscant pa-
cem syncèram et utilem
non esse, quæ sanguinis
et

et servitutis mercede com-
paratur, proinde concor-
diam, quæ minoris con-
stat, se, suosque, quorum
legationem fungant, ex ani-
mo sueadere.

Hæc cum dicerent, et
à nostris digressi fuissent,
nostri super hac re con-
sultant, aliis hoc, aliis
illud consulentibus. Her-
mannus Silbechius Con-
sul, sibi non videri inquit,
iniqua esse a forensibus
Legatis proposita nam
Principe in urbem ad-
misso, ipsum omnia
suo arbitrio, non sine gravi
civitatis incommodo, et
libertatis interitu, quod

jam,

jamdiu affectaverit; f actu-
rum: quid futurum cæ-
limant? si cum intra
mœnia recipiant, qui ea-
vesindignis modis afflixe-
rit, eorum bona arresto
interceperit, ipsos captiva-
tibus terruerit, judicii
peregrinis contra privi-
legia urbis involverit,
commeatum interduserit,
atque extrema adversus
Rempubl. nostram, ut
à verbo Dei secessionem
faceret, susceperit, ne-
que se hoc consulere et
approbare, ut civilem
sanguinem mutuo fun-
dant et alter in alterū
potiliter irruat, pater
filium

filium, et filius patrem, fra-
tre, reliquique ex con-
guinitate et affinitate
junti vulneribus mutuis
se conficiant, sibi proinde
utilius videri, et dum pie-
tate christiana congruere,
ut sine externo et poten-
tiori quidem segestro
hoc dissidium componatur,
et concordia, quacunque
ratione fieri queat, conci-
etur. Qua Sententia con-
sulis multis quidem displi-
cuit, cum per eam ad alios
motus futuros relinquatur
materia, et mutua Su-
spicione, perpetuoque motu
urbs implicita teneatur.
Tamen cum ex animo vi-

Sus

sus est ista dicere, et Caspar Judefeldus alter Consulum ea, quasi bene et salubriter dicta approbaret, nemo tantae authoritatis consulibus ausus fuit contradicere. Responsum est igitur Legatis: Transsilvianos a christiana concordia, si bonis conditionibus iniri queat, non abhorrere. Deliguntur itaque sequestri, quibus tota res decidenda committitur. Datis igitur et acceptis utrimque obsidibus, captivisque utrinque relaxatis omnis controversia ita tollitur:

Le-

Leges pacis.

ut negotium fidei utrimque liberum relinquatur arbitrariumq3. Coedat quisque quid et quantum velit, modò manus contineat. Neminem enim in suâ fide et possessione turbandum. In reliquis Magistratui parendum esse.

His ita actis Nobiles canonici et Wolfbecanus Satrapa cum lacrymis et gemitibus urbe excedunt, testanturque palàm hanc concordiam pernitiosam, hanc pacem horrendi belli, et eversionis

nis totius patriæ semi-
narium fore.
Pagani vero futuræ ca-
lamitatis non prascii,
cum se cervisia à Senatu
data recepissent, uxore
suas domi in mœrore
relictas, quasi post lon-
gam militiam cum
gaudio revisunt. Inde
utrimquè omnes repe-
tentes penates suos di-
grediuntur, bombardis
in excitium mutuum
paratas et instructas in
vacuas aures exonerant,
unde tota urbs, terribili,
quasi tonitru concussa,
contremiscit.
Princeps quoque ipse,
qui

qui jam non procul abu-
be cum equitatu suo abe-
rat, de concordiâ initâ
certior factus, lacrymas effu-
dit et indignabundus equo
reflexo recepit.

Retinuit ejus digressus,
magna seminarum mul-
titudo munitiones, à viris
suis destitutas ingressa, ad-
mirabili rabie exagitatur.
Non potest major Bacha-
rum, Menadum, Naymal-
onidum, Adonidum, Tria-
teridumque in ipsis Bachi
sacrificiis insania, ab
Atticis effingi, quàm ha-
rum seminarum. Nihil
est aspectu terribilius,
nihil sordidius, nihil stul-

tius

tius, nihilq; ridiculum magis, ita sunt dementatæ, ita lymphatæ, ita phrenesi concitatæ, ut ipsas poëticas furias propemodū exsuperent. Quædam enim passis capillis, quædam solutis et laxis vestibus, quædam fluentibus peplis per solum satis invereciundè cursitant, quædam sattibus insanis, quasi volaturæ, et juvante furore se se efferunt. Quædam supinâ facie in terram corruunt, brachiisq; explicatis crucis formam exprimunt, quædam resupino vultu cœlum intuentur, ma-

manibúsq; extensis patre
invocant, quædam stante
palmas complicatas cre-
oris plausibus ad sidera
tollunt, quædam jacentes
in medio luto se se volutant,
quædam in genua pro-
luta vociferantur, quæ-
dam scintillantibus oculis
fremunt, quædam plenis
labris spumant, quædam
concussis capitibus, denti-
búsq; frementibus minas,
quædam pectora plangentes
luctum præ se ferunt, quæ-
dam lacrymantur, quæ-
dam rident.
At nos illarum insaniam
et furorem non tam risi-
mus, quàm luximus, ut
autem

autem diversis corporum motibus, ita quoque diversis dæmonibus se se jactitant. Omnes quidem patrem, sed nulla filium invocant. Hæc cæcitatem nobis precantur à patre; illæ verò salutem, hæc nobis dæmonem; illæ autem clementiam et misericordiam; hæc cæcitatem, illæ autem illustrationem nobis optant, ut fœderis signo notemur, et sub eodem duce militemus: hæc patrem cum multis Angelorum millibus se videre et virgam apprehensam impiorum perniciem quæsare; illæ patrem cælitus descendere, cau-

causámque suam judica-
turam clamant. Ha pa-
trem invocant, ut se, san-
ctámq; suam civitatem
novam Hyerosolimam de-
menter tueatur, illæ san-
guinem pluere falso somni-
ant, et peplo sanguineis
guttis nobis conspersso o-
stentant, diras imprecati-
ones adjungentes, vos, in-
quiunt, impii, cur impie-
tate vestrâ diutius sorde-
scitis? nunc tempus est
pœnitentiæ, securis arbo-
rum radicibus admota est,
resipiscite, resipiscite,
nondum patibem, vobis
ostensum, excidiumque
et internecionem extre-
mam

mam minari agnoscitis,
se quoque videre affir-
mant, ingentem cœrulei
et subnigri coloris ignem
cœlo delabi, totamque
urbem opperire, támque
ipsum ipse, ut visum non
transmittat, per ipsum
tamen solem tantâ cla-
ritate suos radios trans-
mittere, ut omnium ho-
minum ora in foro stan-
tium deaurata esse existi-
marent. Et supra ignem
virum, albo equo insiden-
tem, gladiumq; in interi-
tum impiorum impoeni-
tentium, et verbum Dei
aspernantium quatien-
tem. Sed horum omni-

um

um nemo nostrum quæ
unque vidit. Adeo Diabo,
lus eorum oculos perstrin
xit et fascinavit, ut se videre
arbitrarentur, quæ non
viderunt, audire, quæ non
audierunt, et intelligere,
quæ non intellexerunt.
Domus est juxta forum,
quo deductum gallum
ventorum indicem in cul
mine præferebat, hic modi,
co fulgu oculos spectantium
reverberavit, aciemq; oc
lorum ita habetavit et
perstrinxit, ut pepla can
dida sanguinei macu
lis conspersa putarentur.
Hunc etiam deaurati
galli splendorem eximium
subi

subitâ repercussione radiorum solarium factum intuentes, coeli portas aperiri existimant. Proinde ad repentinam hanc radiorum coruscationem, continuò simul omnes pari impetu insultant, horrendisque damoribus coelum implent, pariterque complicatis manibus et in altum extensis sine intermissione vociferantur: O Pater, O Pater, O Rex inclyte Lyonis! parce tuo populo. Atque hic sonus mineus clamor, et inconcita vociferatio, ita paulatim augetur, ita intenditur, ita multiplicatur

catur, ut mille porcorum simul grunnientium voces te audire putes. Tandem quidam civium fascinum et illusionem istam sentiens gallum deauratum deturbavit et dejecit. Inde omnis motus subito quievit, et foemineæ pudore confusæ sese subduxerunt.

Inde Tilbechius Consul cum totâ familiâ a Lothmanno retinetur.

Carina hac pace interpositis vadibus sactâ et foemineo hoc terribili motu plerique boni et opulentiores cives territi et consternati urbe ce-

ce-

cedunt; concordiam enim
initam non fore diutur-
nam animadvertunt, Sup-
pellectilia quoque &c. Fe-
narii plenis plaustris,
praeter annonam et arma
evehunt. Nam cùm obsidio-
nem sibi metuerent, arctis-
simâ eo custodia intra
moenia coercent, adeo ut
ne similagineum quidem
panem efferri patiantur.
Cùm enim Hercules Ster-
pordianus meus contuber-
nalis, et in re literariâ
commilito, frequentibus
hic civium motibus deter-
ritus abiturire, maximè
cùm in superiori motu,
quidam literarum stu-
dio-

diosus per tempora capitis
tolo transpositus ouubueris,
nec ad salentes redierit,
sibi proinde metuens, ad
suos redire festinat, et cum
sarcinula librorum suorum
duos exigui ponderis panes
tritici addidisset, quibus
famem, si forte in itinere
opus esset, sedaret, progre-
dimur ad portam hospita-
nam, ibi continuo custo-
des armati nos apprehen-
dunt, et scrutantur, reperlis
autem panibus ab egressu
nos arcent, donec eos in
urbem intulerimus. At nos
in conspectu frementium
custodum ventribus no-
stris eos committere malui-

mus,

mus, ubi verò panes ab-
sumpsisemus, rogamus,
liceatne nunc egredi?
itote, inquiunt, vos verbe-
rones in malam crucem,
nunquam reditури. Ego
cùm commilitonem in viam
deduxissem, per portam
Mauritianam in urbem
revertor, per eandem enim
quâ exciimus, redire non
putabam mihi utile fore.
Non tamen tam fue-
runt custodes portarum
oculati, quin à foeminis
sub pelliciis vestibus supra
lineas subuculas, suillarum
carnium succidias conte-
ctas efferentibus falleren-
tur. Atqui tabren fran-

dem

dem Sudermannus pellio,
cum una earum supra mo-
dum intumesceret, indecenti
contactu primus deprehendit,
pinu diverbii loco satis in-
honestè et scurriliter foemi-
nas lardum supra domas
gestare per totam urbem fama
sparsit, unde circumspecto,
res reddiri omnia suppel-
lectilia, sive in arculis, sive
vasis conclusa, nisi à Do-
minis subitò explicentur,
intra ipsas portas vi excu-
tiunt, lectas funibus con-
strictas evolvunt, gladi-
isqs scrutantur. Haec
omnia non legitimi ma-
gistratûs, sed prophetarum
Dothmanni, Knipperdollin-

gi

gi, Lippenbrochii author, bus peragunter, ex quibus, quanta religione Superio, ris concordia foedera à re, tinctis conserventur, videre licet.

Land gravius cum inter Episcopum et urbem iterum controversiam excor, tam ese acciperet, Lega, tos suos ad Principem nostrum mittit, qui eam quoque, ut Superiorem, interciperent, intercoeptam, componerent;

Quibus Princeps respon, det: cùm solemnia foe, dera, sibi suisque non ita commoda, per Land, gravium inita excusse, rint,

rint, nulla alia pacta
ipsos imposterum servaturos.
Coerivinus Sroste
cum Joanne filio suo, nec
non Hermannus Scherertz
judex urbis, XV. Februarii
principi pro vero referunt:
Filbechium eandem
cum totâ suâ familiâ
rebaptizatum esse, atque
majorem civium partem
in eandem haeresin certatim
incidisse. Innocentes vero sa-
vitiae suae discrimina effu-
gientes, cum conjugibus,
liberisque suis urbe exces-
sisse, et passim in oppidis,
pagisque vel inter sanguine
sibi junctos, vel ignotos
magno cum rerum suarum
di-

dispendio considere, miser-
rámq; vitam agere; ipsos
enim vel mortem oppetere,
vel extremam paupertatem
perpeti malle, quàm ana-
baptismo se contaminare,
et æterna salutis dispen-
dium facere. Se igitur
pro illis in communi hac
calamitate consilium, con-
solationem, præsidium, au-
xiliúmq; à Principe
supplicitèr implorare,
ne diuturnum sit hoc
exilium; sed priori liber-
tati clementer restituan-
tur.

Ad quæ Princeps:
Sibi istam civium ca-
lamitatem, et Anaba-
pti-

ptistarum contumaciam
ex animo displiuere. Et
nunc primùm se intelligere,
cur Consules se sequestrem
non admiserint, cur suam
opem et auxilium oblatum
excuserint, cur portis fere
propinquum se excluserint,
concordiamque simulatam
ad discordiam conciliave-
rint. Se autem extremis
suis viribus per gratiam
Dei effecturum, ut boni cives
se sibi curae esse, intelligant,
et experiantur.

Se autem Princeps
sine consilio Cleri pri-
marii in publica hac
causâ et miserandâ re-
rum facie quicquam

ag-

aggrediatur; proinde hæc
omnia sibi seriò deliberan-
da per literas proponit, ut
secum, quid in hac re opus sit,
facto consultent.

Eodem die Diœcesis Præ-
fectis, Satrapisq; omnibus
per scripta edixit, ut eos, qui
anabaptismo adversati Mo-
nasterio excesserunt, atque
in pagis, oppidisq; passim
per Diœcesim sibi sese con-
tineant, tueantur ac de-
fendant, tutumque ipsis
commeatum suo nomine
largiantur, sed Anabapti-
stas comprehendant, car-
ceribusque constringant,
meritisq; supplicijs et poe-
nis subjiciant.

Eodem

Eodem die Virgines quædam nobiles, sed vestales cœnobii Agidiani, nec non Transpluviani philosophicæ & monasticæ vitæ perhoscibilium, votúmq; sui Divinis cæcutientes, conjugii castrum sobolis protestatæ affectare videbantur, non intelligentes, quantis molestiis, miseriis et calamitatibus cæ vita infestatur. Parentes autem earum arcualis curribus, more Nobilium, huc advecti, ad se eas blandis revocare verbis et ab hac impiâ vivendi ratione subducere moliuntur. Illarum verò quædam, redite, inquiunt,

dó-

domum, neque nostri cau-
sâ sollicito estote, vos non
estis parentes nostri, qui, ne-
glecto parentum officio, in
hunc morbis locum nos con-
jecistis, qui nos perpetuis
flammis urendas tradi-
stis: nos vitam honestam,
à Deo acceptam, nobis ele-
gimus, redite itaque cum
bonâ pace domum. Qua-
dam etiam avehenda è
parentum curribus à qui-
busdam subornatis re-
tinkis si capiuntur, quibus
vim gratam fuisse ferunt.
Quædam, pudicitiâ adhuc
integrâ, parentum fleti-
bus commota, salutari-
bus admonitionibus acqui-
esant

sunt; Ideóque Anabaptis-
tica, hoc est, monstrosæ
libidini subtrahuntur.
Multæ quoque aliorum
cœnobiorum Virgines hac
gratâ occasione fruuntur.
Interim Iconast-
ne ferientur, munitione
Phonefleitæ arcis Nobi-
lium Canonicorum, in
ipsâ Amisis à Melchiore
de Zuerenn extructa,
15 Febr. nocturnâ im-
pressione tentare decre-
verant. Quares cùm
ipsis proderetur, adversùs
futuram vim bombardis,
pulvere & tormentario ab
Episcopo subitò petitis
sese firmant, Sed mu-
tato

tato porte consilio, aliave
causa intercedente, expe-
ditionem animo concepta,
non suscipiunt. Profue-
runt tamen huic diu non
parum bellorum mina,
ita enim tumultuario la-
bore munitur, ut medio-
crem impressionem sine
magno incommodo susti-
nere possit.

Hermannus Silbechi-
us, et Caspar Judefel-
dius Consules, cum se
furoris Anabaptistici
apud Principem suspe-
ctos esse redditos sentirent,
purgandi se causa, hæc
ad Episcopum 16.
Februar. scribunt:

sibi

Sibi Anabaptisma in urbe
Monast: coeptum, aliosq3
mali exempli motus sem-
per displicuisse, seque ad-
versus ea consiliis suis et
ingenii viribus, quantum
potuerunt, pugnasse. Ana-
baptisma tamen contra
suum mandatum, con-
sensum et voluntatem pri-
mum irrepsisse, inde con-
tra omnia hujus animi
consilia et propositum,
cum illud citra sanguinis
effusionem reprimere an-
mus fuerit, praevaluisse.
Se proinde tanquam
innocuos ab omni sla-
gitii suspicione pur-
gatos esse, Principem eq3
roga-

rogare, ne quicquam mali de se suspicaretur; se enim nullius motûs et schismatis esse autores; sed repressoris potiùs, ac si opus sit, se ad plenioris excusationem admittat, neque benevolum et pristinum benignitatis animum à se alienet, sed quid sibi sperandum sit, clementer respondeat.

Schedula Silbechii huic inclusa:

Quod vulgaris fama, me cum totâ familiâ retinctum esse, spargit, à veritate alienissimum esse, ubicunque autem Deus me coram Deo,

Deo, toto mundo, atque omnibus hominibus ab isto crimine purgabo, ne ergo animum priorem à me defleeta precor.

Ad hæc Princeps
IV. Februar.

Vestram excusationem, vos neque Anabaptismi, qui nunc invaluit, neque ullius mali exempli motus, authores fuisse, accepimus et intelleximus, unde non minimum animi dolorem concepimus, nec dubitamus, si ab initio seditiosos repressistis, neque ipsis nimium indulsistis, tardiores illos ad hæc desiderata fuisse, neque nos,

neq3

neque vos ipsos tantis mo-
lestijs involveretis. Sed ut
ut sit, Scripta vestra et
purgationem vestram pe-
nitus ad animum revocabi-
mus, mentemque nostram
suo tempore latius de-
clarabimus.

Ad hæc Consules
20: Februar:
Cùm se de Anabaptismo,
et aliis mali exempli mo-
tibus in urbe Mon. Susceptis
et concitatis, Superioribus
Scriptis apud Principem
excusaverint, Sperare se
benignum responsum con-
secuturos fuisse, cùm veri-
simum sit se his semper
restitisse, multisq; labori-
bus

bus et vigiliis contendisse, ne
scelerata ista factio in Mon:
Reempubl irrepserat, sed se in
hunc usque diem operam
illam frustra insumpsisse,
si igitur praeter meritum
innocui, nullíusque crimi-
nis conscii pericula sibi sint
metuenda, se rogare, ut libe-
ram securitatem per omnes
Principis regiones comme-
andi consequantur, ne
forte à Satrapis, Praefe-
ctísque impetantur, et
obruantur. Quid autem
horum facturus sit, benigne
respondeat.

Ad haec cum Princeps
nihil responderet, eundem
sibi offensum esse non falso
su-

suspicantur. Quare aliaj atque aliaj elabendi viaj singuli meditantur, et maxime cum Comitiorum dies novi Magistratuj creandi gratia adesset, quibus rationibus magistratu submoveantur.

Dum haec aguntur Rotmannus ne periaretur prophetarum monitu et Knipperdollingi impulsu ad sua factionis homines, qui passim in civitatibus propinquis Arnhemiae Zutphaniae Hammonae, Westaliae, Coesfeldiae, Warendorpiae, Alenae, Pulmaniae, Schopingae, atque aliis locis metu

sup-

supplicii latitaverant, quos
ipse non aliter, quàm dux
alicuius militiæ suæ inaudito
rato militey noverat, à Deo
patre prophetas duos ad se.
Monasterium mipos, qui
insigni pietate et vitæ sanctimo
niâ sint illustres, verbumq; Dei pure et sine
ullâ humanæ fecis admixti-
one incredibili quadam fa-
cundiâ et suavitate doce-
ant. Si proinde salutis
suæ consulere velint, cum
uxoribus, liberisque relictis
opibus terrenis ad se veniant,
novam suam Hyerosolimam
et Syon, templumq; Sala-
monis, verùm ac æterni
Dei cultura exposa omni
ido-

idolomaniâ in eâ secum instaurent, ipsos præter cœlestem thesaurum satis opum habituros.

Hæc ubi fama urbes et pagos passim pervagaretur, tantâque undique hominum capita nativitate nominis et rerum inflammata accuriit et egressorum civium jactu, iram non solùm pensaret, sed et superaret.

Huc igitur viri cum uxoribus, liberisq; huc vidua, huc Virgines, huc mulieres relictis domi maritis suis, huc maribi absque conjugibus advolant, huc nobiles et ignobiles commeant,

huc

huc milites et pagani coeunt,
huc ex Hollandiâ et Frisiâ,
ex Brabantiâ circumfusis ejus
provinciis, oppidis, pagisque
quam plurimis confluunt.
Hinc Henricus Krech-
tingius Schopingensis
Geographus cum uxore,
liberisque contendit, ma-
gnamque istius oppidi mul-
titudinem civium secum
adducens, qui cum ali-
quot plaustris bene onu-
stis, in itinere, cum unum
abesset miliare ab urbe,
prope tabernam medito-
riam à Saliceto denomi-
natam à Joanne Sen-
dano Nordtwoldien-
si Geographo 14. Feb. &
in

interceptus, temeritatis de-
disset pœnas, nisi filius
suus in ipsa impressione
capientium manus de-
fugisset, certum retinetus in
præsidium ex urbe subito
accersivisset, patremque,
carceris custodibus gravi-
ter eâ nocte vulneratis,
ipsoque Joanne Sendano
fuga sibi consulente, è
vinculis eripuisset. Hic
cum in urbem venisset, no-
stras ædes præcipuo loco
commodioribusque cubili-
bus raptis sibi facile plus
quàm communes. Hic
Hermannus Deege-
wart, pastor Waren-
dorpensis IV. Februar.
mud-

multos secum adduxit.
Huc Dnus Bernhar-
dus Crockingus Bilt-
husianorum parochus
magnâ cum parvecianum
copiâ, huc Petrus
Sweringus Osfel-
dianus cum uxore, pe-
cuniis. fuit enim dives. /
et ejusdem oppidi civibus
non paucis, migrat. Huc
Wernerus Schreiffort
nobilis, huc Joannis
de Recke Dreinstein,
fordici uxor deserto
marito adest, neque satis
sibi esse putavit, duas
filias suas Transfluvi-
ani coenobii vestales,
nec impietate imbui,
nisi

nisi Atertiam, natu minimã; quanquam Bernhardo de Doerloe desponsatam; imo se ipsam perdendam adduceret,

Circa hæc eadem tempora Joes Matthisson propheta in omnem effusus libidinem, retinuto utriusque sexus ad ædes Knipperdollingi satis amplas nocturno tempore clam convocat. Quo cùm convenissent, ibi propheta stans sub æneis candelabris, in mediâ domo à trabe dependentibus; quibus treis cerei ardentes superimpositi fuerunt; circumfusam in orbem multitudinem

nem

nem docet, et multorum circumstantium tecto ignes prophetico suo Spiritu excusatat, et in ardescere facit. Inde caput 1. Genes.: subjungit: ubi verò hæc recitâsset: crescite et multiplicamini et replete terram, uereos ardentes extinguit. Quæ tunc per noctem istam flagitia promiscuè et sine verecundia et pudore sunt commissa, prophetæ in sinu puellæ, satis irreverenter deprehensus, declaravit. Hanc rem igneum baptisma appellabant. Neque hæc falsa esse crediderim: nam cùm

igne

ignei baptismatis passim per
urbem fieret mentio, neu-
men quisquam, quid esset, in-
telligeret, mulier quædam
Westlingo hospite meo unius
siliginis pretio illud explo-
randi causâ conducta est,
quæ cognito retinctorum
symbolo, pylorum fefellit,
et dum se in istas ædes in-
gessit, omniaque vidit, nobis
narravit.

Joes Wickius Syndi-
cus urbis: quem plerique
multorum motuum et
urbanæ potissimùm rebelli-
onis adversùs Principem
et Clerum authorem esse
affirmabant: / proceres
ac excellentiores excepisse,
po-

homines verò leves et inutiles
successisse, ipse conspiciens,
de hac Repub. actum esse
animadvertit, neque eam
seditiosis consiliis perditam,
pristinæ dignitati restitu-
tuere posse putavit, ideo se
quoque subduxit, verùm cum
omnibus à principe circum-
quaque per Provincias pro-
fectis, Satrapis et Gograviis
diligens viarum observatio
seriò demandata esset, ne
Wittius elaberetur, captus
itaque primùm Beverge-
nam inde Iburgum, tandem
Vastenovam deductus E-
berardi Moringi ibidem
Satrapæ fideli custodiæ
committitur.

Senatus

1646.

Senatus Syndicum suum captum accipiens pro ejus liberatione apud Principem supplicibus scriptis 20. Februarii emissis instat, cum Anabaptismo, qui vires et incrementum prodolor in civitate sumpserit, addictus non fuerit. Princeps Wilhium non ut anabaptismo addictum, sed ut seditiosum captum esse respondet: malè habebat Princeps Wilhium, clero, catholicisq; omnibus infensum, seditiosis suis consiliis senatum urbis contra se semper animasse. Tanto enim odio in clerum flagrabat, ut etiam falsa persuasione seductus adversus ipsum et

et Episcopum multa conſu-
leret, quæ tamen in civium
et Senatûs tandem perniciem
præter spem et opinionem ſuã
redundabant. Ipſa ſua elo-
quentia et juris ſcientia con-
ſuſus uſitatis et veteribus
obſolitis inuſitata et nova re-
duxit, ac non ſolùm in ſenatu,
verùm etiam in plebe æmu-
lationem movit, partes fecit
factiones diſſidiaque con-
citavit. Ipſe ſuo exemplo
docuit mercenariam illam
juriſprudentiam in curiam
admiſam, nil niſi conſpi-
rationes, ſeditiones et inimi-
citias inter ſubditos parere,
hic docuit levem ob cau-
ſam et de lana ſæpe ca-

prina

puina contendendum esse,
et opulentiam ex sudore
et visceribus aerum paran-
dam expedit. Ergo Reip. nullus
mercenarium patronum,
qui servilem illam et merce-
nariam illam juris prudenti-
am exerceat, eámque pro-
stituat et in præstu habeat,
in curiam admittendum
esse. Ille enim insatiabili
avaritiæ excæcatus, divina
et humana pariter lucri
gratiâ miscet, omnia ju-
dicia et leges in suâ libidine
habet, justitiam polluit,
et in malis exemplis etia
inter posteros evertit, ille
in consilium adhibitus,
non aliter litis, quàm mi-
les

ler bellum suadet, nam lites
pendere diu vindemia ma-
gna est, ita enim callidis
verborum anfractibus, ita
er-
vafutis ambagibus cives
omnes ad suam molam dedu-
cit, ut nè lympha quidem
alienis superfit. Hoc genus
aucupum quid vos praeter
quietem civibus precatur,
civem adversùs civem venali
interdum linguâ incitat,
interdum scriptis suis ca-
lumniarum lascivia refertis
irritat, suisque persuasio-
nibus vaferrimè in mutu-
am pernitiem armat, unde
magnarum saepe calami-
tatum homines isti mer-
cenarii in Repub. sunt
aui-

authores. Chilo enim eam Reipubl. optimam esse pronunciavit, quæ maximè leges, minimè autem Rhetores audiat. Arcendi igitur sunt tales homines non solùm à curiâ et consiliis, verùm etiam à civitatibus et Reipub. nam quemadmodum ubi multi sunt medici, ibi multi morbi grassantur, ita quoque ubi multi sunt jurisperiti, lucri gratiâ sacrosanctam jurisprudentiam turpiter prostituentes, ibi multas lites esse credibile est.

Post dies aliquot cùm Koringus temporis fallendi causâ in alveo cum captivo luderet, nun-

nuncius cum literis Scar-
nifice celeriter à Bipinge
missus intervenit. Morin-
gus lectis literis unde Doctó-
rem decollandum esse intel-
ligit, subitò expalluit. Ubi
vero Doctor, aequid ita ipsis
literis exterreatur sciscitare-
tur, Satrapa ingemuit, neq;
verbum illum proloqui
potuit. Doctor instat, cau-
sam pallorisq; ipse quoque
perculsus, sibique malè
metuens, inquirit. Ibi
Moringus, Domine Doctor,
inquit, de tuâ vitâ agitur,
Princeps mihi Spicula-
torem te protinus obtrun-
candum esse jubet, simul-
que literas sibi legendas
exhi-

exhibet. Quibus lectis pro-
tinus terrore attonitus et
stupefactus nullum mem-
brum movit. Inde ubi cor
excusso primo pavore, iterum
palpitare cœpisset, et membris
pristina vis redita fuisset,
in lacrymas erumpens, gra-
vibus suspiriis et querimo-
niis, vitam, eloquentiam
et fastum suum deploravit,
culpavit et damnavit, ac
quanquam Principem et
Clerum offenderit, se tamen
non dam occidendum, sed
publico judicio sistendum,
et condemnandum esse, pro-
clamat. Quod enim Sena-
tum contra Principem
et Clerum animaverit,

quod

quòd Smalcadicum foedus ſu-
ſcipiendum eſſe conſuluerit,
aliáque multa ſuaſerit,
evangelicam libertatem po-
ſtulâſſe, quam adverſùs ſa-
tanicam cohortem cum vita
etiam diſcrimine propu-
gnandam cum Syndicatum
ſuſceperit, Moringus
ſermonem interrumpens,
ne in ſe culpam necaſtrans-
ferat precatur. Se enim ad
mandati Epiſcopalis exe-
cutionem juris juranda
religione aſtringi, ſe prin-
cipis ſcriptis obſequi opor-
tere. Ad quæ Wickius:
Satrapam Deo potius,
quàm hominibus, impia
jubentibus, obtemperatu-
rum

rum cogitet, se rationem
hujus furtivæ et calamitosæ
vitæ cum suo Episcopo non
homini, sed Deo, justo Judici,
redditurum. Frustra autem
hæc verba effundit, frustra
ipse imparatus, verborum
multitudine, paratos remo-
ratur: adest enim manda-
tum Principis, non temere
jubentis, adest carnifex
ad stringendum gladium
instructus, adest Parochus,
conscientiæ tristis consola-
tor. Solus Wicfius impa-
ratus subterfugia necis
quæritat. Parochum ad-
versatur et contemnit, sibi
vim fieri quæritur. Ubi
vero querimonia et la-
men-

menta sibi nihil prodesse,
et nullam evadendi spem
superesse videt, necessitati
parendum esse judicat, com-
mittens itaque Wickius
Deo animam spreto Sa-
cerdote, flexis genibus,
manibusq; complicatis,
erectam cervicem car-
nifici incidendam
præbet. Cadaver au-
tem in valle sepelitur.

Caspar Sudefeldus
Consul, etsi Princi-
pem negligentia re-
gendi offensum sibi
habeat, liberiùs tamen
urbe et Anabaptistis,
quos seriò aversabatur,
relictis, Hammonam
con-

concepit.

Ad Hermann: Silbechium mentem suam non celans diu, tùm, sed eam ex umbrâ solem producens, totum se Anabaptismo dedit atque in urbe manet.

Quidam factiosorum in omnem effusi libidinem tantâ intemperantiâ Bachanalia celebrant, ut non solùm helluando, potando et crapulando se se fatigarent, verùm etiam varios ludos et spectacula in contemptum et ludibrium catholicorum publicè exhiberent.

Quemdam enim verberonem ementito morbo

ge-

gementem, in lectum, currui impositum, collocant, ad cujus pedes alius quidam Sacerdotis veste, Stolaque personatus sedere fingitur, altera aspergillum, altera vero manu librum sustinens, & vitreis perspicillis nares confringens multa inepta, obscura voce legit, hunc currum sex plagiones more equorum copulati per omnes urbis vicos trahunt, quorum duo Franciscanorum, duo Teutonicorum Dominorum et reliqui duo Joannitarum amictu vestiti fuerunt, aurigam personatum Episcopum faciunt.

Hu-

1658.

Hupertus quoque Rau-
scherus proceres quidam
faber ferrarius, nigri mona-
chi amictu vestitus, ad atro
jungitur, adhibitis quibus-
dam, qui per ludum, jouing-
flagris, scuticis, bipedem istu
caballum per omnes plateas
impellerent.

Caspar Borchardi Nassoviu
quidam nebulo: cujus ma-
ter ante aliquot annos, cùm
in palo numellario ignomi-
nia causâ se alquandiu
spectatum exhibuisset, urbe
profligata fuerat: Hiltro-
piæ in pago, urbi vicino,
fasci virgarum incumben-
d'sua farina satellitio
psalmos boante in publi-
cà

cà processione crucibus, ve-
xillisq; prægestatis, et omni-
bus campanis pulsatis circum
cœmiterium portatur, quasi
reliquias sanctorum, arculæ
inclusas, summâ cum vene-
ratione circumgestâssent,

Jacco enim reliqua
rugarum genera à triverbe-
ronibus passim exhibita,
quæ ne simplices offendan-
tur, silentio præterire, quàm
publicare præstat.

Hinc Henricus Rollius
vi. Februarii à retinutis
cum plenâ authoritate
conscribendi milites: cum
obsidionem sibi metuerent,
in Hollandiam emittitur,
qui non procul à Trajecto

ca-

captus, pecuniis emunctus, Anabaptista esse depre-
henditur, itaque igni adjudicatus, poenas
transfugii ab ecclesia ca-
tholica pendit.

Princeps proprius ad
urbem accedens cum in-
structissimo equitatu
altius de rebus futuris et
obsidione cum Praefectis
provinciae acturus 23.
Februarii Selgetum in-
greditur et superioris me-
mor captivitatis, excubi-
as tam diurnas, quam
nocturnas diligentiores a-
git, ne à Monasti. cir-
cumveniatur.

Vodem etiam die

Comi-

Comitia novi Senatus creandi gratia habita sunt, in quibus Henricus Kede, ter Tribunus plebis populum admonuit: cùm hactenus Senatus ex instinctu carnis sit designatus, nunc Suggestione Spiritus eundem esse deligendum.

Primùm ergò de more in curiâ tributim deliguntur hos decem Suffragatores.

Ex Tribu Hartmaniana

Hermannus Zoemer, et Andreas Werdenus Coriacius.

ex Tribu Lambertina

Conradus Friese, et Henricus Loemans Alutarius.

ex

1662.

ex Tribu Ludgeriana
Bernhardus Doentrup et
Joannes Lipper.
ex Tribu Aegidiana
Albertus Heisthovel et
Joannes Kedeker.
ex Tribu Mariana
Antonius Brokvader,
ex Tribu Judefeldta
Hermannus Focke.

Hi conclave Senato-
rium ingressi 24. homi-
nes non solùm abjectissimos
verùm etiam sceleratissi-
mos et vita dignos, quibus
vel portarum, vel carcerum
urbis, vel prioratus Senatus
equorum communis cu-
stodia committeretur,
ad gubernacula civitatis
fuere.

suscipienda eligunt, qui ob
casu urbis Magistratum
suum finire cupiebant.
Ai postridie 23. Febr.
diversa inter se officia di-
stribuunt hoc modo.

constituuntur
Consules
Bernhardus Kip,
perdollingus,
Gerhardus Kip,
penbroch.
ambo Pannicidæ.

Ædiles
Joannes Deventri,
anus.
Christianus Wor,
demann.
Butriopolæ.

Trabis Ur-
ba

1664.

Jurati Assessores

Christianus Kerckerius
patricius.

Henricus Lantes
faber aenarius.

Oenoprostatae
Vini Praefecti

Joannes Palck fa-
ber ferrarius

Henricus Rodde.
Aurifaber.

Quaestores seu
Fructa Praefecti

Conradus Cruse.

Nicolaus Snider.

Cerevisiae Prae-
sides.

Joannes Ossenbeck

Bernhardus Bo-
entrupp Lanio

Se-

1665.

Xenodochii Praesides

Joannes Röcninck

Gerhardus Reinick.

Leprosorum Praesides

Lucas Gruiter.

Gerhardus Krusse Coriarius

Antoniana domus Praesides.

Stephanus Kopper, Schlegerr Oenopola.

Harse à Borstell, aliàs Nenckenus, auri faber.

Lateritii operis Praesides

Nicolaus Stripe Junior Pannicida

Engelbertus Edinck Elee,

1666.

Electores
Praesides
Bernardus Fischer
Albertus Geisthovel
Pictor.

Assessores
Prigravii
Bernhardus Olieschläger
Henricus Lothgen
Sutor.

Sub hoc Magistratu
Superiore sceleratione, ni-
hil Supellectilis, nihilque
pecuniæ eferre, sed quæli-
bet flagitia quantumvis
enormia impunè com-
mittere licuit.
Nam catervatim &: qua-
si sicelera inter se partiantur &
in-

incredibili amentia à novem
di studio flagrante 24.
Februarii per urbem gras-
santur; Iti Nitzingani
vestales terrent. Illi Fatos
Fontis saliente adoriuntur,
Iti Georgiano invadunt, Illi
in Joannita, reliquáque ur-
bis coenobia et sacras aedes
impetum faciunt, vestes,
pecuniá, suppellectilia,
et quaecunque usui futura
existimabant, diripiunt,
neque à templis sibi tem-
perent, argentum, aurum,
pallia sacra, calices, or-
namentáque omnia, in
Dei cultum et ministeri-
um dedicata auferunt,
fúntq; impurissimorum
ver-

verberonum, scortorum, et militum vestitus et stipendia; nihil a rapina et depradatione tutum fuit. Imagines, ex superioribus motibus reliquas confringunt, aut rasis parietibus deturbent. Sacellum D: Antonio juxta portam Mauritianam conse-cratum, crepidis bonis mobilibus demoliuntur. Sed nulla vis, etsi sepe tentata, Sacello D: Ludgeri nocere potuit.

Ipso eodem die circa horam 4. vespertinam Bernhardus [illegible] verberonum agmen ducens, œdituum domi

Dominici templi adortus, clavos vi ab illo evulsit. Ibi primum in Sacellum D. Virginis, aliáque ex ordine irruunt, cáqs dispoliant, frangunt et corrumpunt. Inde templum Dominicum, omnibus ereptis ornamentis denudant, adita prophanant, altaria aliquot direptis mappis, quibus obtegebantur, dirijciunt, horologium, opus artificiosissimum, malleis securibusqs pulsam singulari vero odio furoreqs baptistarium reliquiarium, repositoria comminuunt. conclave Capitulare ingressi senestras et sedilia Dominorum, magná arte elaborata dis-

cant.

cant, Imagines S. Virginis ac Joannis Baptistæ à Francone Monacho arti= ficiosissimè in tabulis duo= bus depictas, in usum foricarum perforant, easq; supra fossam interiorem urbis, juxta Judæorum coemiterium pro excubias agentibus, collocant, Sy= billarum effigies admi= randâ arte expressas, et circa chorum sobrisen= per certa interballa dispo= sitas eruunt; imagines patrio marmore incisas, raráque arte elaboratas capitibus, brachiis, cru= ribúsq; contractis mu= tilant, ligneas verò se= curi=

cuibus dissecta, in ignem,
ibi exstructum conjiciunt,
Simulacra Patrum, Prophe-
tarum, Apostolorum, alio-
rumque Sanctorum co-
lumnis, parietibusve passim
affixa, talis vectibusque ad-
motis deturbant, Ipsa San-
ctorum et Sacrosanctum
Dom: Corpus pedibus concul-
cant, organa crepitis tibiis
disturbdnt, fenestras picta
frangunt, et maxime Chri
Principis domum præstan-
tissimum atque amplis-
simum, libros intus hu-
mano excremento illitas
in fimum acervum cremen-
dos congerunt, Biblio-
thecam Postiss. Viri et

Poëta

1672.

Poëtæ gravissimi Langii
lucubrationibus, et monu-
mentis authographis non-
dum æditis autam tace-
rant, atqs discerpunt, ma-
gnam illam crucem argen-
teis laminis detractis in
cinerem vertunt, sarco-
phagis Episcoporum, No-
bilium qs Canonicorum de-
ceptis et translatis, fracti
nobilitatis insignibus,
propugnacula muniunt.
Alij impijs studijs totam
noctem sine ullius Ma-
gistratûs metu consu-
munt.

Interea Princeps
cùm pertinaciæ finem
Nondû: non facerent,
neque

neque aliâ ratione ad obedi-
entiam pristinam eos vero,
care posset; omnia, quæ
ad justam militiam et ob-
sidionem necessaria, visa
sunt, comparat.

Sequuntur Principis
Duces:

Primum itaque Nobi-
lem Joannem a Sie-
versen Baronem, Ger-
hardum Morrien Vice-
cesis Hyperparchum, Her-
mannum a Merzer-
sen Paderbornensis Vice-
cesis Vicarium seu Lega-
tum, et Joannem a
Schaffelt, totius mi-
litiæ primarios duces
designat.

Pre-

1674.

Fredericus verò ab Otter, Henricus a Schorebeeke, Joannes de Lecke, Joannes de Scorte, Joannes a Gerven, Joannes de Sinteltage, equestri disciplina exercitatissimi, equitatus duces creantur.

Pedestris autem Exercitûs præcipui au premi duces fiunt: Wilkinus Stedingus vir militaris ordinis, et Gerardus Kürster cognomento Smoker, qui postea ad oppidanos defecit. Viri armorum scientiâ clari. Quibus singulis conscribendi e qui

quites peditesq; cura datur. Hi itaque collectis aliquot mil, libus armatorum, reliqua mi, litiæ officia habita sortitudi, nis et experientiæ ratione distribuunt.

Centecosiarchæ seu Pentacontarchi hi sunt: Joannes Coritzerus Lupianus, Peregrinus Helmundianus, Andre, as Lubecanus, Egber, tus Peveranus. Theo, doricus Grellanus. E, berhardus Obellacherus, Hermannus Sittardus. Laurentius Horstanus. Theodoricus Philanus. Albertus a Zeltzig Su. erhusinus, Augustinus

Da,

Daventriacus, Georgius Schimmelius, Joan Johannes, Godefridus Trajectius, Bernhardus Ketelius, Georgius Kilianus, Nicolaus Utermarkus, Jodocus Mulerius, Georgius Wulfranstorpius, Michaël Curdirius, ac Lippoldus Wulfranstorpius, totus exercitus tam equestris, quam pedestris trimenses in authorantur, quibus exactis omnes duces et militiæ præfecti, Principi operam suam, si poscat, ad finem suscepti belli, sine stipendii augmento addicunt.

Sti-

Stipendia singulis gradi-
one officiorum militarium
decreta, equiti in singulos
menses Octo, pedíti vero
gregario quatuor Cmb-
denses florenos loco sti-
pendi decernuntur, quili-
bet florenus 25. Solidis
Mons: monetæ æstima-
bitur; continebat autem
mensis militaris 28. dies.

Stipendia decernun-
tur sequentibus:

Singulis Pentacosiar-
chis quinque Gregarii
militis stipendia, et u-
num pro puero.

Legato sive Vicario
duo Stipendia et pro puero
unum.

si-

1678.

Signifero quatuor et
pro puero unum.
Heicy Supremo instructori 4.
et 1. pro puero,
Hebstitutis abco singulis 2.
Quæstori totidem Stipen-
dia, quot sunt in exercitu
Signiferi, et pro tympani-
sta suo unum.
Prætori militari totidem
quot Pentacosiarcho sti-
pendia.
Tribus Prætorii Ministris
singulis 2.
Sex Victoribus Quæsito-
ris Ministris singulis 2.
Præfecto vigilum toti-
dem quot Pentacosiarcha,
Præfecto commeatus 2.
et pro puero 1.

Cen-

Pentacosiarcha duobus Satellitibus Singulis 2. Stipendia.

Militaris ordinis viro, armis bene instructo duo Stipendia, sine reliquis quibus, cunque Splendida, et gravi armatura indutis sex floreni sine puero.

Centesiarcha duo Stipendia.

Satellitibus, Ductoribus, Fistulatoribus, Tympaniistis, Tonsoribus, et Scribis singulis 2. Stipendia decernuntur.

Hæc autem Stipendia S. Martii porro cedere incipient.

Acta Militaria

Mili

1680

N.

Milites præstito militari sacramento, quandocunque necessitas postulaverit, et ad quemcunque locum evocati fuerint, adversùs hostes Principis fortiter sine ullâ tergiversatione dimicabunt, Principis, subditorúmque incommoda propulsabunt, commoda verò, quantùm humanâ industriâ et armis possint, promovebunt.

2.

Omnes militaris disciplinæ articulos consuetos, ut justos et probos milites decet, conservabunt.

3

Civi-

Civitates, arces, tormenta pulverem nitratum, globos et quæcunq; ad tormenta pertinent, ab hostibus direpta, Princeps sibi vindicabit.

4.

Principem peculiari oppugnationis Stipendio militibus non obligari, si diripiendam urbem ipsis permiserit.

5.

Curiam Civitatis neque a duabus exercitûs, neque militibus diripiendam, nec ullo modo violandam, sed Principi intactam servandam esse, reliquæ quoque prædæ dimidium sibi Princeps

cepsi pacisitur.

§. 6.

Nobiles Canonicos et reli-
quos ex cleri ordine, nec non
cives, qui urbe excesserunt, ad
emendum sua bona, quæ in
urbe reliquerunt, extraneis
quibuslibet præferendos esse.

§. 7.

Nihil domorum parieti-
bus aut solo infixum à mili-
tibus post captam urbem esse
refigendum.

§. 8.

Capta per gratiam dei
urbe milites omnium porta-
rum et munitionum jus in

Prin-

principem aut ab ipso constitutos transferent.

§. 9.

Si oft recuperatam, per Dei providentiam urbem, militem intra 8. dies dato per tympanum signo eam deserent, interea praedam dividant atque distrahent, quidquid autem Principes stipendii militibus debuerit, liberaliter et principaliter solvet.

§. 10.

Si quos militia religiosus milites capita seditionis in expugnatâ urbe, correpta et deprehensa, quorum nomina accurate exprimentur,

tur: / non interficient, sed quan-
tùm fieri queat, iis / parcent,
et capta ad Principem, mu-
nera, non contemnanda, ab
eo exspectanda, adducent...
Hinc ad reprimendum
horrendum illud schisma
Archiepiscopus Colonien-
sis, Juvavensis, Lip-
piacus et Berthomicus,
Daventria, Campia,
Bilfeldia, reliquique
vicini Principes, Comi-
tes et Civitates circumfu-
sa varia tormentorum ge-
nera, sed immensis Episcopi
impensis in / præsidium mi-
litia mittunt. Hæ globos
ferreos, Illæ æneos aut ni-
trum, Maria Electrix

Bra-

Brabantiæ quadraginta vasa, Dux Clivorum duo, decimæ, Cricij Dux Brunsvicensium tringinta pulveris nitrati centenarios. Inter tormenta autem undique advecta longissimum et acerrimum fuit, quod Swollani à Serpente denominatum transmiserant. Duæ verò jussu Landgravii advecta sunt ipso nomine fuerunt horrendæ, cùm alterum à Cacadamone, alterum à matre ipsius nomen circumferret. Harpagones, palæ, secures et scalæ, tanta copia fabricantur, ut etiam aliquot plaustra repleant, cæduntur viniræ in usum

vine-

vincarum, arma longe situ, obducta conficabine nitent, sunt, enses, macheræque in cotibus splendescunt, lanceæ, hastæ et loricæ rubigine diuturnâ liberantur, equi exornantur, domantur, et ad bella, humanósque usus assuescunt, nihilque, quod ad obsidionem pertinet, negligitur.

Ablegantur etiam ab Episcopo viri aliquot adversùs urbes et Emporia, qui ad hoc bellum necessaria conquirant et cõemant, Joes Dessenbrock 122. nitrati pulveris vasa in Brabantiâ emit, Joes Verde 150. Amstelædamo advehit, Herman,

mannus Leyzader 40. Mel-
chior Zovegerus 36. adducit,
Alii Coloniam, Trevirem,
Augustam, alii Franco-
fordiam, alii Noviomum,
Keiserswerdam emptum pul-
verem tormentarium mit-
tantur. Fredericus Nesser
centum octoginta novem cen-
tenarios nitri Erphurdiâ
advert, multique alii ex di-
versis civitatibus, tam nitri,
quàm sulphuris magnam
advehunt copiam. Erigun-
tur quoque Spurgæ, Os-
naburgæ pulveris nitrati
tundendi et conficiendi
gratia molæ et officinæ
aliquot. Conradus Stra-
ger Arnsburgicus judex,

et

et Jocs Trierensis, aliquot mil-
lia centenariorum ferri in
terra montana ferrareis offi-
cinis in globos fundi procurant.
Egbertus Paderborcæ cum Mi-
nistrorum turbâ rudes lapi-
dum massas ex lapicidinis
erutas in globos tormentarios
transformat. Colonienſis,
Trevirensis Landgravius Pa-
thenicus, Osnaburga, aliæq;
circumquaque urbes mecha-
nicorum bellicorum præfectos
mittunt, deliguntúrq; etiam
viri, qui multa millia cla-
vorum ferreorum, aliquot
centenos ferrei et plumbei cen-
tenarios, innumerabilem chy-
robombardarum, Schlopeto-
rum, falconotórum multi-
tu-

tudinem, et nonnullos morta-
rios, aliquot millia lancearum,
et haftarum, omnis generis
funes, stramina, foenum, ha-
venam, equorum pabula, fyn-
donem tenuissimam in usum
signorum militarium et
coreum unde culei et sacculi
fiant, in quibus pulvis ni-
tratus deferatur, coëmant,
multorum quoque fabrorum,
tam ferrariorum, quam li-
gnariorum opera datis arrhis
conducitur. Quantis im-
pensis haec omnia compara-
ta sint, cogitatione facilius,
quàm numero comprehen-
di et exprimi potest.

Unde cum extincti
certum futurae obsi-
dio-

dionis periculum exspecta-
rent, 28. Febr: quingenti
armati retineti ex urbe in
D. Mauritii insigne Canoni-
corum collegium hostiliter
irruunt, et ut hostibus latebras
adimerent, quod aliquamdiu
secum agitaverant, nunc
peragunt, primùm ædes Ca-
nonicorum, qui fugâ sibi
consuluerant, diripiunt, atque
creptis bonis omnibus denu-
dant, frumentum, lectos,
spondas, picta Stragula atque
ligna curribus, ad hoc com-
paratis devehunt, Suppel-
lectilia, carnes bubulas,
fuillásq; Succidias, panes,
reliquaque omnia ibi re-
perta, capacibus saccis
im-

imposita, mulieres, puerique
in urbem transportant, ædi-
ficia ita denudata, flammis
impositis exurunt, hinc avecto
plumbo templi tectum re-
scindunt, turri subjectis lignis
et stramminibus ignem injici-
unt, quæ cum a basi ad ca-
cumen usque lignorum com-
pagines dissolvissent, ipsa
ingenti fragore liquefactis
campanis in templum ruinã
dedit, unde ligna, sparique
plumbo denudatæ flammas
concipiunt, testudinesque pon-
deribus ruptæ concidunt, nihil
ibi præter lapidum compa-
gines, templi turrisque in-
dissolutum relinquitur,
ubi paulo antè insignes

canonicorum Structuræ con-
spiciebantur, ibi nunc cami-
ni solùm exstant; omnia
quoque extra eam urbis par-
tem sepimenta, rescindunt,
exurunt, unàmque campi
superficiem sublatis impe-
dimentis explicant. Sic
ita actis, quasi rebenè et
sortiter gesta exultantes
revertuntur in urbem.

Eodem die circa horam
3. pomeridianam Joes.
Matthisson Hartemi-
cus Propheta, in ædibus
cujusdam civis relicti jux-
ta forum piscarium, sue-
bombarda sonitu convo-
catis, concionatur. Fini-
ta hac concione toti mul-
titu-

titudini proposit: Cum chri-
stiana hæc Respub., patre
divinitus sic dispensante, fœ-
liciter cœpta, inter tot sectas,
schismata, et opiniones sine
contentionibus et assiduis se-
ditionibus diu salva consi-
stere non possit, Patrem
itaque velle, ut nova hoc
Hierosolima cum sanctuario
à fœditate purgetur. Sibi
ergo utile videre, ut Papi-
stis, Lutheranis, Sacramen-
tariis, omnibusqs à sua do-
ctrina dissentientibus occi-
sis, unum corpus, una re-
spub. constituatur, eáque
novis ritibus et christia-
nis legibus firmetur, et sta-
biliatur, ac novo fœdere

juncti

jundi pacificè patri servi-
ant; non enim à sectâ alia-
rum sectarum et impiorum
contagione alio modo se immu-
ne posse conservare, nisi im-
pii occidantur. Demistam
non esse difficilem, cum ci-
vitatem munitam, et omnium
rerum copiam abundantem
habeant, et suorum numerum
in urbe sit major, ita ut
neque externa, neque inter-
na pericula magnopere
sint metuenda.

Hæc Prophetæ Senten-
tia sine longâ deliberatio-
ne omnibus placuit,
et sequenti die nos truci-
dâssent, nisi Knipper-
dollingius excitatem no-

bis

bis sententiam mutâsset,
dixissetque plus, quàm bar-
barum esse, Sanguinem
eorum fundere, à quibus
nondum sint læsi, alioqui
ipsos in vindictam innocentes
effusi Sanguinis omnium
nationum principes et po-
pulos provocaturos: suasit
proinde impios postridie,
nisi statim rebaptizati
eandem secum religionem
profiteantur, urbe pellendos
esse, ita enim posse fieri,
ut arca Domini et domus
Patris, novâque Hyerosoly-
ma ab impietate pur-
getur. Ad hæc sententiam
ipse etiam Propheta, et
omnes, quotquot aderant,
una,

unanimiter recipiunt.

Ut autem edicto Cæsareo juríque Sanctionibus sa-tisfiat, acriter in retinctos, pas-sim per Vivecesin latitantes, animadvertitur. Nam circa pac tempora quinque Wolt-becanæ mulieres, cum viro mo aquis suffocantur. Bever-gernæ verò quatuor fœminæ aquis, et duo viri igni ad-judicantur. Multi quoque agricolæ, à Romanistis dam in urbe retincti ad merita supplicia vocantur. Osseldi-ensium, aliorúmque oppi-dorum bona et cives, ob con-cionatorum admissionem et religionis novationem hostili-ter intercipiuntur, donec

iis

ius abactis redissent cum Prin-
cipe in gratiam, et 20. Febr.
delicti veniam impetrassent.
Eorum verò civium bona, qui
relictis omnibus Monasterium
ingressi fuerant, à Principe
confiscentur, et nisi singulari
prudentiâ et vigilantiâ Prin-
cipis pagi et oppida fuissent
purgata, exemplisq; acriori-
bus delinquentium conserva-
ta, tota propemodum Dice-
cesis Anabaptistarum errore
disturbata.

Die Sequenti, quæ fuit
27. Februarii et Ve-
neris post Dominicam: in-
vocavit, cœlum post galli-
cinium matutinum rube-
scit, ac sol in ipso exortu
pallet,

pallet, Saturnus etiam in can-
cro retrocedens, lunæ aspectu
offensus, pluviam, nivemque
miscet, quæ resolutis nubibus
mixtim cœlitus decidunt,
cornu at aquilo æolio pate-
facto antro aëris imperium
sibi vendicant, et Supremorum
planetarum quadratura
rarior frigus excitat. con-
surgit itaque tristis et mi-
seranda aëris tempestas, im-
bribus, nivibus, ventis, et fri-
goribus mixta. Exoritur
dies, ipsis etiam brutis, for-
midanda; agri enim et liti-
nera concretis reporibus,
et cœlestibus imboribus pas-
sim fluitant. Tunc re-
tirecti; rupti; pavis fœ-
deri-

deribus 9. Februarii paulo
ut pridie erant Equiti, fulgen-
tibus armis, forum occupant.
Quo rei in clausâ urbe, cùm
usquam effugium pateret,
ità nos terruit, ut de vitâ
desperaremus. Dum autem
se ita adversùs nos armant,
et militaribus ordinibus con-
stituendis occupant, Joel
Matthiason Propheta
per totam urbem cursi-
tans, multis clamoribus
se se fatigat; agite, inquit,
quit, poenitentiam,
resipiscite vos impii,
resipiscite nonne, quia
crimina vestra meru-
erint, videtis? nonne
clementa vobis infes-

Sa

Sa cernitis ?, nonne rerum naturam flagitiis vestris commotam consideratis? nonne supplicium à Patre paratum extimescitis? nonne manifesta Patris læsi signa animadvertitis? ultionem divinam capitibus vestris impendere non agnoscitis? O stupida, O ve, cors impiorum turba, resipisce, resipisce, ut foederis nostri characte, re signeris, ne à populo Dei excludaris. Vatey ille anhelo cursu fessus, et vociferando defatigatus, redit ad curiam, ibi in medium armatorum

agmen

agmen corruit in terram,
patrémque invocat, totáq;
multitudo imita prophetam
provoluta genibus supplex
patrem precatur, Vatísque
mandatum opperitur.
Inde Vates subitò tan-
quam ex profundo somno
excitus: hæc, inquit,
Patris est voluntas, hoc
mandatum, hæc jussio,
ut impii, nisi retúngi
velint, illico urbe pella-
tur, qui nostris sæpe
piis conatibus obsistunt,
ut hæc sancta urbs pur-
getur: populus enim
Dei commercio impi-
orum contaminatur.
Pellite itaque filios

Sau

O Pau, debetur enim hic
locus, hæc sancta civitas,
hæc domus, hæc hæreditas
filiis Jacob et veris Israë-
litis. His vocibus omnes
pariter inflammantur, ar-
maque capessunt, et à foro
in omnes plateas urbis effusi,
Prophetæ oraculo parent,
ac instar furiosorum de-
bachantur, tumultuantur,
grassantur, vociferantur,
Apage te hinc impie,
nunquam rediture, effu-
ge inimice et hostis Pa-
tris, recede omnis boni per-
turbator, secerne te à bonis,
purganda est Patris arca,
lolium stirpitus eradicandum,
ne segetem bonam oppri-
mat

mat, nostra est hæc hæredi-
tas, à Patre nobis donata,
fugite itaque fugite omnes,
et diuturno vosmetu liberate.
Et cùm quidam subito terro-
re perculsi, quid agendum sit,
discitarentur, ut in urbe ma-
neant ad forum, iniqui-
unt, recedite, et retinga-
mini, Rotmannus enim
in curiâ eos opperitur,
et adventantes retingit.
Siqui verò in ædibus ad tollen-
dum liberos suos aut aliud
quippiam in fugâ et exilio
necessarium subsisterent,
tum pulsata sonuêre fores
atque cardinibus ejectæ cor-
ruerunt, & moram quoque
in viis trahentium, crebróq;
re-

respectantium tergora ar-
mis pulsant, Senum sapioni-
bus innitentium, lentos gressus
acrioribus verbis, interdum ver-
beribus castigant, egredi non
volentes, bigis evectos in nivem
evolvunt, Quidam ab Etna-
baptismo prorsus abhorrentes
aëris intemperie territi, qui-
dam morbis detenti, quidam
somno freti, quidam bona tuen-
di gratiâ, intra dies paucos
meliora sperantes, remanent,
qui tamen inviti postea re-
tinguntur. Quanta fuerit
tyrannis, quanta immani-
tas, inde facilè liquere
arbitror, quòd in tantâ
aëris perturbatione fine di-
scrimine innumerabilem
multi-

multitudinem tam virorum,
quàm mulierum, tam Virginum,
quàm puerorum, tam Ecclesia-
sticorum, quàm prophanorum,
tam juvenum, quam senum
excgerint. Quotquot abimpiâ
eorum secta abhorrebant, ho-
nore et dignitate eximios, divi-
tes et excellentes, utriusque sexus
cives patricios et avitis sedibus,
omnibus bonis, imò vestibus,
pecuniis atque viatico, in ipsis
portis miseris modis per vim
emunctos et spoliatos crude-
liter expulerunt, matres ea-
pti à cunabulis infantibus
nudis effugiunt, multisque
penates deserunt, Adamati
personæ parum manibus u-
trimque adhærentes, per ni-
vem,

vem, pluviámque nudis plan-
tis trahuntur, et flente ad
arcendum frigus matrem vo-
cant, alii non æquis passibus
prosequuntur, neque gravidæ,
recentibúsque puerperis tan-
quidæ, et effœta membra
vix trahentibus pepercerunt,
adeo ut aliæ, quod dictu
horrendum est, extra
mœnia in nive peperérint,
aliæ infantes recens editos
periżoniis, Stragulísque in-
volutos in nive, pluviáque
frigore, ventóque, fotatio
humano destitutæ in sinu
gestaverunt tam de vesper-
tino hospitio, quàm unde
vivarent incertæ, cùm præ-
ter nudum infantem, ne
ter-

terrorum quidem habuerint. Quantus tunc fuerit in urbe clamor, quantus armorum fragor, quantus pulsatarum ædium sonitus, quàm puerorum et fœminarum fletus, quantus ejulatus, quantus ploratus, quantaq; querimonia, Anabaptisticis riventibus, neque voce, neque scripti à me exprimi potest. O præclara Westphalicarum urbium Metropolis, utinam miserimæ hujus afflictionis & exitii causam agnoscere, sine dubio fastum, luxum, aversareris, neque tanto studio tranquillitati pertæsa, in tui ipsius perniciem novorum motuum, veterum

oblita,

oblita, occasiones quæreres.
Omnibus portis urgentibus et in-
stantibus a tergo retinctis gre-
gatim effundimur, atque in
mille vias mundi per nivem,
pluviamque spargimur; ventos
et frigora patimur.
Fabritius, qui multos con-
cionibus suis ab Anabapti-
smo retraxerat, manus in-
sensorum sibi retinctorum,
mutatis vestibus via vivus
elapsus est; qui obsidionem
non fore diuturnam sibi
persuadens Warendorpiæ
se aliquamdiu continuit.
Hic etiam nobis itineri jam
accinctis, multisque aliis
consuluit, ne longius Mo-
nasterio abiremus, deditio-
nem

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

nem ejus brevi futuram. Sed
visit consilium Domini nostri
Weslingi, uxorem suam cum
familia nostra per literas ad
se Herbordiam vocantis.
Warendorpensis Senatus hunc
Fabritium, sibi à Principe
clementer permitti, per literas
flagitat: se enim, quem nunc
habeat Concionatorem, etsi
Sacramenta legitimè dispen-
set, non patiatur.
Princeps verò rescribit, ut
Senatus promissæ memor sit
fidei.
Eodem tempore S. Herm.
Pungelius Præpositus
Mauritianus, ac Mon-
guntinensis Monast: Can-
tenses, Ecclesiarum Canonicus

per

vir et pietate et annorum
numero venerandus, suæ cur-
rui, cum quatuor Ministris
insidens, impetrato à Consuli-
bus tuto commeatu, emigrare
contendit. Huic in mediâ fere
urbe apud Regalion Joan-
nes Mattisson Prophetæ
occurrit, hastæque aciem, quâ
armatus erat, in pectus Jun-
gelii collocat, non hic, inquit,
veterane impostor, impunè
abibis: aut enim animam,
aut pecuniam, quam habes,
evomes, nobisque relinques.
Ubi verò ille publicam
fidem imploraret, sibi emi-
grandi tutum commeatum,
à Consulibus datum, dicti-
taret, Propheta cum sua

co-

coactorte se nihil promisisse, ne-
que se commeatum consulum
magnopere prouurare, respon-
det, simúlque in virum, metu
prope consternatum, irruunt,
annulis digitis detractis, omni-
búsqs pecuniis et ornamentis
cum spoliant, spoliatumque
dimittunt. Ille post aliquot
dies literas ad urbem per Jovo-
cum Joennekenum ministrum
suum mittit, de vi sibi illatâ,
et bonis contra fidem sibi ereptis,
queritur; proinde pecuniam,
ornamenta et ereptos annulos,
maxime signatorios, reposcit,
et nisi reddantur, se istam
injuriam et vim Imperii
Principibus et bene constitu-
tis Reipublicis, bonisque

viris

viris omnibus cum querimoniâ explicaturum. Sed nihil sibi verba ignominiosa, vîsque sarris digna, reportat, Et cum quædam matrona uxor Godefridi Kerreken, quæ in platea Agidiana pu-blico Diversorio, Lôsâ insignito, præerat, nimiâ pinguedine præpedita, neque ingredi, neque currûs copiam habere posset, in urbe mansit, ad quam retingendam mittitur Lotmannus, qui mulierculæ ista mutta de fœderis signo, sine quâ nemo salvus fieri queat, concionatur, et ut illa se retingi, et charactere christianorum insigniri patiatur, instat: illa, se-

ba-

baptizatam esse, damat, neque
aliud baptisma illud ad salutem
nisi secundum accedat, nihil
prodesse. Illa tantum sibi pro-
desse, quam majoribus suis,
se saltem finat, suo more
vivere, si, inquit Lotmannus,
tanta pertinacia Spiritui Dei
resistere non desinis, et consortio
piorum morte tollendo ecce, ne
tua impietate iram Patris
in nos accersas, ne nos tui
sceleris participes facias.
Illa vero, motis mentione
intellecta, expavescit, si igi-
tur, inquit, vis me re-
baptizare, rebaptiza me
in nomine centum Di-
abolorum, nam in nomi-
ne Dei sum semel baptizata.

Ille

1714.

Ille autem eam suo more retingit.

Hanc civium calamitatem fugam divinitus conti-
gisse Lotharingus omnibus persuadere laborat, hac enim Deum Patrem suos ab horribili metu, cui impliciti tenebantur, eripuisse, imo ipsos ab interneccione singulari beneficio suo vindicasse.

Quibus argumentis multos passim per literas suas ad pacem sectam et urbem invitat: scribit enim ad Henricum cum Schlatschalpium et alios pacis oneionatores in hac verba:

Scriptum Lotharingi ad concion: Schlat, Schual.

Schalpium

Bernhardus Jesu Christi
in Ecclesiâ suâ, quæ est
Monast: Minister, Hen-
rico Schlatschalpio suo
fratri: gratia Domini
in suâ fortitudine tecum
et cum omnibus fidelibus:
Tanta et tam magna sunt
Dei miracula, mi Frater,
ut, si haberem linguas cen-
tum, non possem tamen ex-
primere, quæ are etiam scri-
bere non possum. Dominus
magnifice operatus est no-
biscum. Liberavit nos Do-
minus de manu inimicorum
nostrorum, et non modò libe-
ravit nos, sed etiam ejecit
hostes nostros: turmatim
enim

enim effluunt terrore perculsi,
nescio quo Domini testificatu, hoc est, nobis per Prophetas
suos fore, ut in hac civitate
congregantur sancti viri. Ideo
jusserunt, ut scriberem tibi, ut
jubeas fratres omnes huc pro-
perari, et quæ habeant in
promptu, ut aurum, argen-
teum, pecuniámque secum fe-
rant, reliqua permittant so-
roribus, ut ipsæ disponant,
et sequantur. Vos diligenter
videte ut Spiritum Dei se-
quamini, et nihil ex carne
statuatis. Frater iste plura
coram vobis proponet, Vale-
te in Domino.

Hiis ita peractis abiecto
cum jam soli urbis imperio
po-

potirentur, religiosorum habi-
tationes inter advenas distri-
buunt: Josseldianis domus
Georgianorum, Leodiensibus
fratrum Pontificalientis, Fri-
sii Nitzinganarum Virginu,
Gilthusianis Minoritarum
Monachorum, Warendorpen-
sibus Joannitarum, aedes in-
habitandae assignantur, Ju-
lius vero Frisius Episcopus
in urbe creatus, qui solus ba-
ptizandi munere fungeretur,
Linganarum Virginum tecta
colit, Coenobium autem a
valle Rosarum appellatum
sit, Carter foeminarum mari-
tis suis non parentium,
hinc primum aedes nobili-
um Canonicorum, quid in

illis

illis sit relictum, caploraret, et quidam cives in eas habitatum migrant, Knipperdöllingus verò, Kibbenbrockius, Nicolaus Snider, Gerhardus Koening et alii complures sub fornicibus commorantes per gratis muris duorum habitationes sibi communes faciunt. In horto autem Melchiori à Wieren Mariij ubi postea regia fuerit: bombardas, aliasque belli machinas fundunt, pulverem verò tormentarium in templo veteri S. Pauli molâ trusatili erecta tundunt. In aliis pluribus urbis locis exigua per terram è cellis passim effossam colata, et

et præsidio ignis eliocata ni-
trum conficiunt, omnia quoque
Cleri Scauvarii, circúmque
egressorum tecta subeuntes
abditissima quoque scrutan-
tur, famuli, famulæque Do-
minis suis pulsis in iisdem
domibus quibus servierant,
nunc dominantur, Domino-
rúmque suorum bonis pro
arbitrio, quasi suis fruuntur,
Quidquid ex superioribus mo-
tibus in templis integrum re-
lictum fuerat, dispergitur,
libros ex omnibus templis
in templum Dominicum con-
gestos cum literis consigna-
tis excurunt, libros verò ra-
tionum, et Acta judicialium
causarum discerpunt, ac

per

per vias disjiciunt, vitreas fenestras, in quibus aut insignia majorum, aut imagines patrum, Sanctorumque reperiunt, baculis, fustibus, et fundis confringunt, nullos enim Christi crucifixi, Mariæ Virginis, Apostolorum aut Martyrum imagines, quas non pervant, ferunt. At Diabolorum, Judæorum, Impiorum Tyrannorum icones nulla retinctorum manus violavit, opus Sanctorum dissolutis reconditoriis, auro, argenteo, margaritisve, quibus exornata fuerat, raptis, per vias strata indignis modis proterunt.

Ido

solum seiparæ Virginis bi-
frons, et deaurati, quasi
radius circumdatum in medio
templi Transfluviani ex
testudine suspensam detur-
bant, Organum insigne et
novum excudunt, scilia,
altaria, et pulpita omnia
templorum urbis comminu-
unt. Coenobia Virginum
Transfluvianarum et Agri-
dianarum depræ dantur.
In Monasterio Georgianorum
in quadam cista ex tabulis
roboreis non dolatis instar
sacrophagi composita, duo
Eucharistiæ repositoria
deaurata, vulgò mon-
strantias, quatuor calices,
argenteum turribulum,

septem

Septem cochlearia et aliquot scyphos argenteos patera ex plenam omnis generis argenteorum numismatum, et aeraulam auro signato refertam deprehendunt, in curia tam publica, quam graphiaria disclusis seris, magnam illum civitatis signum paulini capitis insculptam effigiem habens colliduntur. Secreta curia et permultos annos abdita eruuntur, monumenta privilegiorum, plebiscitorum, constitutionumque municipalium lacerant, et discerpunt, Episcoporum Veterum Imagines, ornatus et memoria causa curia affixas dejiciunt, omnia simulacra, et effi-

effigies Dei, piorúmque hominum
perdunt, et obliterant, ne qui,
quam eorum pubescentis, ju-
ventutis memoria insidiat, Sun-
apis insignia Episcopali aulâ
dimotâ in aeno conculcant, fi-
stulas, cytharas, testudines,
barbita, lyras, reliquáque mu-
sices instrumenta chordis, fi-
dibúsque obducta canoris,
cantu tam figurativi, quam
plani libellos, fritillos, alveo-
las chartas, omnidáque, qui-
bus temporis tadium pellitur
passim in aedibus reperta
dispecant, ne aliis Studiis,
quàm munitionibus firmandis
sint occupati et intenti.
Haec plus, quam Cidopia,
et contra omnem humanita-

tem

tem, immanitas et belluina
vetinctorum ferita, quâ usi
sunt in ejiciendis civibus,
Principem, quem tunc Helgeti
viderat, ad obsidendam ur-
bem maturè cogit, Excitis
itaque pedestri, turmâsque
equitum et agricolarum pas-
sim in oppidis pagisque re-
motioribus allocatas evocat,
et paulatim urbem propius
admovet. Præmissis ergò
locorum explioratoribus nec
non castrametatoribus, qui
loca castris apta designarent.
Die 28. Feb: circa vesperam
ex propinquioribus cir-
cumquaque oppidis a-
gricolæ armati exci-
tantur, qui prævecti in
ali-

aliquot curribus palis, Scauri-
bus, harpagonibus, prunas
castrorum munitione tumul-
tuario labore fodiant. Ali
ergo adjunctis ductoribus ex
militibus quibusdam, qui
ipsos militaria tyrocinia, ea,
quæ potissimum in hac ex-
peditione opus erant, doce-
rent, erectis signis militari-
bus obsidionis principia
capescunt. Hos in media
nocte dimotis stationibus
castrorum assuetis, milites
sequuntur e munitione
subito labore ab agricolis
in nocta ista excitata oc-
cupant, Castra itaque
Septem peditum vo-
cantur. Primum

itaque

1726.

itaque exusti Mauritiani
collegii ruderа et favillas
cum Wilkius Stedingus,
etsi totius quoque peditatus
dux primarius fuerit peculiariter praefuit, secundum
ante portam Lugeria;
nam in q agro avenario,
cujus Joannes Goritzerus
Leydanus moderator
fuit. Tertium ad portam Aggidianam in loco
humiliori et sabuloso juxta
viam publicam, quod à Minsmensibus militibus, Minsne
sc appellatum fuit, cui
Albertus Beltzius praefuit, qui aim expeditionem
primam ad urbem facerent,
pravio Domini Gerhardi

de

de Plettenberg in parœciâ
Senden horstana sito sine cau-
sâ, sed singulari nocendi libidi-
ne in Clerum accensi flam-
mas injecerunt, illudq; peri-
tus cauſerunt. hi quoque tan-
tum audaciæ sibi arroganter
tribuebant, ut cùm urbem
eminus intuerentur, non opus
esse ad eum vincendum capu-
gnandum, tanto viribus, ma-
chinis, et apparatu bellico
damitarent, minuti enim
se illum negotio et citius
subacturum, quam panes
tepido jure perfusos. Quar-
tium inde amnè interluente
ad portam Mariannam
haud ita procul à Pelta
amplissimo et fœcundissimo
pœatu

prato, quo Hermanni Sittar-
di ducis imperio paruit.
Quintum ad portam Ju-
defeldanam, juxta porcorum
aquarium, quo et Geldriacum
a militibus et Geldriaco duce
primario, Egberto Gevere-
no denominatur. Sextum
ad portam Crucis Aiven-
se appellatur, cujus sceptra
Laurentius Horstanus
tenuit. Septimum trans-
amnem Admolam Crinkin-
ganam Swerhusius recit,
Septimum proinde peditum
stationes et castra circum
urbem disponuntur, vali-
disque militum presidiis
firmantur. Huic matutino
tempore diei prima Mar-
tii

tii, Magistri Stipendiariorum equitum, pedestrej exercitus subsequuntur, et in locis propinquis, ubi urbis, extra jactum tamen urbanorum telorum stabulantur, Quorum Fredericus ab St. Ver cum suis ad Septentrionem in Vinckharia, no castra collocat, Henricus à Schorrebeck ad occasum in Abkolenburgo, Gerardus de Horte ad Aquilonem in Hakelenburgo, Joannes de Horta ad orientem item in Wosta, Joannes a Zerder ad Meridiem juxta Adel Bispingi Eberhardi prope Beister, Joannes verò de Diestlage ad Austrum in Lüssenbeca,

cana, ac Koldenhavio. Ita autem equites, peditesque castra metantur, ita sint vicini, ut mutua sibi auxilia, necessitate postulante deferre queant. Quelibet castra aggeribus, fossis, tormentis, aliisq; rebus necessariis accuratius pertentim communiunt, vigilia et excubiæ tam diurnæ quam nocturnæ habentur.

Trium quoque Diœcesium suarum beneficiarios / clientes / quos vasallos vocant / armis, equisque bene instructos ad primam diem Martii Sleswigetum atque Woltbecam Princeps convocat, ut Stipendiariis sese conjungant, eorumque turmas / si fortè

tò opus sit / suo robore auge-
ant.

Hinc prater crebras ex-
actiones et tributa, quibus
Diœcesis in præsidium belli
atteritur, quæque nunc Clero,
nunc nobilitati, nunc civibus
cæulantibus, nunc rusticolis,
nunc prædiis, nunc pecudibus,
nunc aratri pendenda im-
ponuntur. In principio Mar-
tii ornamenta è templis per
totam Diœcesim sublata sunt,
quæ tamen, pecuniâ æstima-
tâ à parœciariis redimuntur,
unde multis modis passim sint
concitati, maximè in urbibus.
Nam cùm Borcholdiani or-
namentorum in Dei honorem
à piis majoribus suis dedica-
to-

torum æstimationem ægriùs
ferrent, contentio gravis est ex-
orta, in quâ Georgius à Dei-
penbrock ac Judex ejus oppidi
partes Principis jubentis de-
scendere à civibus interce-
tibus propemodum fuissent
occisi.

Ubi Knipperdollin-
gius ac Kibbenbrockius
urbem obsidione Episcopali
undique cinctam esse ani-
madverterent, omnes oppida-
nos subitò armatorum di-
scursu nonnihil consterna-
tos convocant, convocatósque
Knipperdollingius sic com-
pellat:

Knipperdollingi Oratio.

Cùm nos non levium neque

im-

impiorum papistarum et pseu-
doevangelicorum judicium, sed
vester omnium incorruptus a-
sensus, non sine peculiari patri
celestis suggestione, ad hoc
honoris et dignitatis fastigi-
um etiam invito evexerit
fratres Christianissimi et vera
Abrahami posteritas, divinæ
quidem ordinationi reluctati
fuissemus, si à patre munus
nobis sacrorum causa impo-
situm, etsi difficile et inge-
niorum nostrorum impar,
eversati fuissemus. Malui-
mus igitur cæcorum pa-
pistarum et pseudoevangeli-
corum, quam jam urbe exci-
gimus, quibuslibet convitiis
pro libidine suâ proscindi,

quam

quam dispositioni divinæ,
et majorum nostrorum moribus
adversari. Libenter itaque
vestro tamen nomine, quic-
quid est oneris nostris humeris
imponi passi sumus.
Cum hoc enim magistratu
ea suscepisse videmur, sine
quibus ille recte geri non
potest; non potest autem
recte geri, nisi sollicita cu-
ra, et diligentia pro subdi-
tis, ne quid incommodi ca-
piant, vigiletur. Quod
officium cum ad nos quoque
pertinere cognoverimus, hue
vos convocamus, maxime
in hoc metu publico, ut
inopinatam quorundam
trepidationem, si quam

forte

forte ex subitâ obsidione hos-
tium impiorum conceperunt,
mutua omnium praesentiâ et
verborum solatio levemus. Dein-
de cum hoc negotium adnos perti-
neat, ut rei gerendae modum
communi etiam consilio ine-
amus, aciis, quas Pater de-
dit, viribus ac armis adversus
hostes nostros utamur. Quod
autem ad metum attinet, quis
erit, qui formidabit? qui me-
tuet? cum nullus metus sit in
urbe, cum enim flagitiosa-
rum colluvie ferrus in hos
assidue ardente urbe fuga-
vimus, domesticam aedem
clanculum nobis machinan-
tes profligavimus, simulta-
tem etiam omnium animis, in si-

Dies

dias expulimus, periculum
ejecimus, domesticus hostis ex-
cepit, unius sumus religionis,
unius fidei, actales, quales
nos esse oportet, nullum in-
tra parietem hostem exti-
mescimus, omnia jam in
urbe sunt salva, integra,
pacata. Quid igitur metui-
mus? hostemne mercenari-
um? impium militem? ra-
ptorem? contra Patrem, fu-
ique dectos ac charactere
foederis insignitos, arma
sumentem? quem foris grassa-
tantem, idola colentem, luxu
diffluentem, scorta sectan-
tem, omni vitiorum genere
contaminatum prospicimus?
at ille metus foris est inter

illum

illum, nos intra munitiones
sumus: murus enim satis fir-
mus vallum satis præceps,
et aggere præruptus fossa aqua-
rum multitudine profundissi-
ma, aliaque propugnacula,
imo arma nostra omnem
metum a nobis arcent, nisi
nostra culpa et ignavia ite-
rum admittatur. Ad hæc nihil,
quod ad defensionem pertinet,
desideratur: Sunt nobis o-
mnis generis arma quam
plurima, tanta nobis est
bombardarum multitudo,
ut non solum propugnacula,
castella, et aggeres circa
urbem per modica etiam
intervalla, verum etiam
singuli vici et plateæ tor-
mentis

mentis munire possint; sunt
globi tormentarii, Superest
plumbum in tectis templorum
turriúmq; unde fundi queant,
pulvis nitratus in aliquot
etiam annos nobis suppetit,
nec nobis sulphur, nitrúmque
deest, immensa opes auri
argentíque impius jussu Ca-
tris exactus nobis reliquit,
urbs tota frumenti copia,
omníque commeatu abun-
dat. Hæc omnia pater no-
bis sine discrimine ullo de-
dit, hæc quasi in sinum
nostrum, absque sudore
nostro effudit; sola fortitu-
do et constantia nostra
requiritur. Dabit cætera
Deus, meditemini enim

cujus

cujus negotium agatur, cujusve
gloria queratur; cogitate, quis
sit Dux noster? quis Signifer?
qui milites? quæ causa belli?
ex diverso, quis sit dux hostium?
quis Signifer? qui milites?
quæ causa armorum? opponite
patrem celestem Pontificii et
Lutheri: opponite Christum
obeso illi copo, opponite chara-
ctere, vestes Signitos et viros
fortes, turbæ rasæ et effemina-
tæ, opponite verbum Dei, quo
nos defendimus, humanis in-
ventis et constitutionibus, viri-
us exercitum majoribus pollere
viribus existimatis? hic pudor,
illic petulantia, hic vera fi-
des, illic vana opinio de fran-
gi pietas, illic scelus, hic

con-

constantia; illic furor, hic ho-
nestas, continentia; illic tur-
pitudo et libido, hic aequitas pie-
tas, reliquaeque virtutes; illic
iniquitas, impietas, omnisque
vitiorum pluvies effervescit,
hic mens sana, illic amentia
et turbata conscientia. Ex-
pendite itaque attius, a quo
Duce nos pendamus? quis
nos adversus ista flagitia
armaverit? quis defensio-
nem suscipere jusserit? non,
ne si nostra placeserent?
Pater coelestis tam in nos
propter inobedientiam, quàm
illos propter scelera et perti-
naciam innumeris ac in-
medicabilibus morborum
generibus bellum suscipe-
ret?

ret? esne igitur satis sine
metu et formidine divino
jussioni parere? quam nos
in eandem calamitatem cum
impiis praecipitare. Nostris
utimur armis, Pater ea re-
git, ea in viscera impiorum
disponit. Quem ergo time-
mus? Pugnent pro Episco-
po omnes papistae et pseudo-
evangelici, dum pro nobis
pugnat solus Deus. Glori-
entur hostes in humano pra-
sidio, dum nobis divinum
suppetit, Invocent mane
Rom. Imperii nomen, dum
Pater coelestis suo auxilio
nos non destituit. Episco-
pus ve hos belli sumptus im-
mensos diu sustinebit?

Juisve

Suisve opibus nostra moenia
expugnabit? qui ipse inops
et egenus, qui in initio belli
mutua aureorum millia ali-
unde mutuatur? qui arce
hujus Dixcessisse ferè omnes
hypothecarios creditoribus
obligavit, quo aurum, ar-
gentumque è templis in
extremum praesidium belli
gerendi rapuit. Pro illone
Principe et populi Suis im-
pensis induent arma? in
illiusve gratiam facultates
suas, nihil recepturi, pro-
fundent? milesve mercena-
rius suis stipendiis milita-
bit? qui non religionis,
sed pecuniae gratia nos
persequitur? nonne igi-

tur

tur ærario exhausto, fivere, ſ'ſqs ad extremam inopiam re-
dacta urbem aut deſeret, aut
motis castris diffluet. aut
ſigna ſequetur. Si verò hu-
manis viribus ſit certandum,
pro nobis bella gerant Frisii,
armant ſe Leodienſes, per-
rum acuunt Brabanti, ſunt
in proximitu Hollandi, vigi-
lant pro nobis fratres, per uni-
verſum mundum diſſipati,
vigilant, quotquot Patriæ
agnitione in ultimis etiam
angulis terræ ſunt illuſtrati,
quotquot characterem ſoederis
ſunt inſigniti. A fortuna,
tam Reipubl. noſtræ!
quæ ſub duce cœleſti mili-
tare, armáque arcumpere
di-

digna est habita, quæ pro
Dei nomine affligitur. Vix,
felices hostes, qui suis flagitiis
Patrem irritant, populum
Dei persequuntur, verbum illi,
ut irrident. Quis unquam
contra Deum feliciter quicquam
pugnavit? non ne paucissimæ
piorum manus validissimos
impiorum exercitus sæpe fude-
runt. Nos cum meliora signa
sequamur, imitemur Apostolos,
Vos, Prophetas, et Sanctos
Patres Israëlis, quos nullius
unquam Tyranni quan-
tumvis ferocissima minæ
terruerunt, qui in medio
afflictionum æstu victores
extiterunt, et magnifice
triumphârunt. non nisi

per

per discrimina exemplo populi
Israëlitici ad sedes quietas per-
venitur. Sine metu et confidenter
quidem prius certandum est,
nemo enim ante pugnam coro-
natur. Excussâ igitur omni
formidine instruite adversùs
inimicos Dei, adversùs hostes
nostros arma vestra. Dese-
nim hoc postulat, necessitas
exigit, pater jubet et deposcit,
hoc sacrarium Patris, San-
ctissimum, hanc sedem Dei
purissimam, hanc Israëlis
hæreditatem nunquam inte-
rituram, firmissima hæc
munitiones, hæc tecta nostra
non ruitura, vigiliis noctur-
nis diurnisque defendite, pro-
tegite et conservate, vim

hosti-

hostilem, impressionem pro-
pulsate, gladio impio à jugulis
vestris arcete, liberos, uxores,
et vosmetipsos à perpetuâ
servitutis miseriâ vindicate.
Hæc si feceritis, Salutem im-
mortalem, gloriam, æter-
namque decus vobis cumula-
bitis. Nos, quamdiu sangui-
in venis calet, quamdiu hu-
meri arma gestare, quam-
diu lacerti spicula torquere,
gladios, hastasque vibrare
queunt, pro vobis extrema
pati non detrectabimus,
dummodo nostris vigiliis, no-
strisque laboribus omne
incommodum à vobis, vestris
conjugibus et liberis amove-
mus. Ea imo majora, quam

Ma-

Magistratus noster poscit: Deo Duce: agemus, quem vos venerari, precari atque implorare decet, ut suum populum ad gloriam nominis sui ab omni incommodo conservet, et in olumen tueatur. Nunc autem, quod reliquum est fratres Christianissimi, defensioni a vobis iniatur ratio, designentur viri militari disciplinâ præcellentes, quorum apud nos non est exiguus numerus, qui militiam nos doceant, nobis præsint, nostri sint Duces, Centuriones, principales, ne imparatos nos hostis inveniat. Quid horum faciuri sitis accuratius consulite.

Hac Consulis Oratio, quantum audacia, quantumq; animi, favore perspicuum con-

consternatis tribuerit, alacris
et lata praeter morem omnium
acclamatio satis demonstravit.
Hinc, uti jussi sunt a Consule,
Duces, Signiferos, Centuriones,
aliosque militiae Praefectos,
qui sibi in praesenti necessitate
praesint, sed alia consultatione
eligunt. Hi autem ut vigilia
nocturna, diurnaque per vices
commodè peraguntur, totam
multitudinem primùm in
Centuria, deinde in manipulos
distribuunt, quibus etiam jena,
torii ordinis viri ab excubiis
non immunes, ut omnis proditi,
onis suspicio amoveatur, suis
viribus vigilaturi admiscentur.
Nemo est in urbe, cui non
sua sit functio, singulis suus
locus

locus in propugnatione urbis pu-
blicâ defendendus, quem aut
vivi aut mortui teneant, seve-
rissime committitur. Hostem
enim validiorem in unâ aliquâ
parte urbis impressionem calli-
dè moliri, ut oppidani in se
provocatis munitionem aliquâ
in parte defensoribus nudatam
facilius supperent. Quidam
recentibus boum pellibus, urnis
coriaceis instructi ad inven-
dium aut suffocandum, aut re-
stinguendum ab igniferis forte
hostium jaculis tectis illatum,
deliguntur. Magna quoque
armatorum virorum multi-
tudo constituitur, quæ inferiori
urbis parti et laborantibus
defensoribus, si ubi opus sit,

cele-

celeriter succurreret. Quibus
dam pulverem nitratum submi
nistrandi negotium datur.
Pueros jaculandi artificio ita
exercent, ut in propugnacu
tutandis viris ipsis non cede
rent. Foeminis in aggeribus
calcis & picis coquendæ labor
committitur. Quadam etiam
ex lino et stupâ coronis fer
tis q3 texendis occupantur,
quibus flagranti picis im
mersis hostes scandentes ar
cent. Clandestinæ munici
tionis et occultæ defensacula
admirando ingenii beneficio
intra aggeres erigunter. Cu
niculos, meatusque subterra
neos tormentis muniunt. Ca
sas vigilum passim exstru
unt,

unt. Quicunque etiam in hostium perniciem aliquid novi excogitat, non minimam industria laudem sibi comparat.

Sic Joannes Uldanus tantâ arte et industriâ inter portam servatianam et Ludgerianam propugnaculum erigit, ut etiam in hodiernum diem Uldani castellum dicatur, authoris, quo sui nomine celebretur.

Plurimum laboris in urbe intus et foris muniendâ centuriatim insumitur. Ita summâ operâ urbs quidem prius munita, intra paucos dies munitissima est effecta. Ante portas singulas ingentes terreæ moles summâ cum alacritate congerunt, quibus pro fundamenti

mentis sarcophagos Episcoporum, Canonicorum nobilium, Sacerdotum, matronarumque et levigatorum lapidum, pavimenta è templis ruta subjiciunt, easque lignis passim raptis, nullo Dominorum disprimine habito intus fulciunt. Et ne hostes arbitrentur rem sibi esse cum effeminatis aut pavore attonitis, crebras eas curriones faciunt, parvisque praeliis cum militibus saepe contendunt. Nam 6. Martii porta horstana armati exierunt, duasque molas evertunt et milites in se provocant, quorum non paucos mactant. Die etiam 13. Martii duobus Judaeis prodiis

in

in ipso meridie fugam injiciunt,
et milites aliquot sternunt.
Verùm in hac conflictatione circa
triginta et quinque oppidani
desiderantur. Hac tamen
clade non consternati sunt,
sed audaciores redditi.
14. Martii circa horam de-
cimam antemeridianam quin-
genti oppidani audaciùs quàm
prudentiùs erumpentes Sotter-
rusium cum lateritiis casulis
incendunt. Sed hi ab hostibus
agminatim undique ingruen-
tibus propemodum fuissent
intercepti, nisi per viam, ob-
sidentibus tin cognitam inco-
lumes adurbem evasissent,
inter eladendum, hostium tym-
panistam capiunt, secumq;
ab-

abducunt, cujus caput a
cervice præcisum cum tym-
pano è summo Bischopin-
gano porto culmine in terro-
rem hostium suspensum sit.
Dum hæc aguntur
Coerwinus Droste, Theodo-
ricus Oortsterman, Wilbran-
dus Slörius, Hermannus
Schercking, et Hermannus
Verde, viri avita fidei et pro-
bitatis, cum essent civium pro-
ceres, concives suos, ab Ana-
baptistis pulsos, diversis in
locis osculantes per Scripta
Velgetum: ubi et Princeps
erat: convocant, ibique de
rebus suis, ad libertatem civilem,
privilegiáque urbis perti-
nentibus consultant, et pra-
Jen-

Jenibus Dominis de Capitulo
q: Martii Principem his
verbis adoriuntur:
Quàm sine dubio Prin-
cipi innotuerit, quàm misera-
biliter, crudeliter, et contra o-
mnem humanitatem cives
Nonesis urbis cum uxoribus
liberis, omnibus suis bonis per
vim exuti et spoliati patriis
sedibus sint ejecti, et ne se fœ-
dissimâ hæresi contaminarent,
Principemque simili pertina-
ciâ et rebellione offenderent,
omnes fortunas suas deseru-
int. Scitaque Principem
obsecrare, ut miseriæ civili
aliquo modo tangatur, et ine-
luctabilem exulum calami-
tatem clementer secum ex-
pen-

pendant, vim injustam, quo exemplo propemodum carcat, puniat, rebellionem vindicet, hæresim cum suis authoribus extinguat et funditus deleat, cives à lucrioso exilio ad penates suos et bona sibi adempta reducat. Se eam gratiam, quibusvis officiis etiam cum vita discrimine promeriturus.

Principij R Spo.

Princeps per Themmonem ab Doerve Aulæ Hypparchu civibus respondet: delibera-tum et constitutum sibi jam dudum esse, pestilentem, per-niciosam et impiam in urbe grassantem hæresin etiam cum vita discrimine et omnium bonorum suorum jactura è re-

pori-

primere, neque aliorum Prin-
cipum amicorum et sanguine
junctorum præsidia sibi defu-
tura. Sed ùm Domini de
Capitulo et Equestris Diœcesis
Mons. ordo, in retundendis vio-
lentiis istis erroribus et rebelli-
bus ad obedientiam revocandis
auxilium sibi adixerint, si-
dem exules cives facturi sint,
se ipsos per Dei gratiam ad suos
penates et bona reducturum.
Ad hæc cives responderunt
post brevem deliberationem:
Se in recuperandâ urbe, et sedi-
osis monstris domandis pro fa-
cultatum et virium modo Prin-
cipi serio adfuturos. Nec solùm
se opum suarum, verùm etiam
vitæ dispendium; si requisi-

in

in gratiam Principis factu-
os. Haec Civium responsio
et benevolentia vehementer
Principi placuit. Et cùm civi-
tatis munitione nullis aeque
atque civibus sint explorata
et cognita, petit, ne suis Consili-
ariis et militiae Praefectis
suo consilio deesse graven-
tur, ut intelligant, quibus
in locis ut urbs sit infirmior
et expugnatu facilior.
Quos se libenter facturos
recipiunt.
Inde cùm Senatores
plerique in urbe militari
disciplinae darent operam,
neque se causis forensibus
et civilibus multùm impli-
ca-

carent, eorum authoritas
in urbe paulatim vilescit.
Joannes autem Matthias,
spiritu Propheta tam sa-
cra, quam prophana sibi arro-
gabat, ideoque eximia apud
populum authoritate et exi-
stimationi esse cœpit pluribus
sit, quam illius Consulum. Nihil
enim neque domi, neque foris
agitur, ipso non consulto.
Hic concionatur. Sa-
trem velle, ut omnium egre-
sorum civium bona inter
christianos, non tamen pro
cujusque voluntate et arbitrio,
sed necessitate sint com-
munia. Elegit itaque viros,
qui curribus eorum bona,
quos exegerant, in singulis

pa-

parœciis, ad certas quasdam domus, à Prophetâ designatas, in communem usum bonâ fide convehant. Hi Prophetæ edicto parentes, vestes lectos stragula, picturas tapetas, sponsas, frumentum, arma, ollas, lances, stannea, cathedra, poula cujusque generis, linum, linneumque pannum et quidquid supellectilis deprœhendunt, auferunt, tam pauperum quàm divitum parietes denudantes. Signatas vero redituum litteras signis detractis dilacerant, apocha, chyrographa, rationum libros et diversorum contractuum tabulas magno oculantium incommo-

do

do ecurunt. Aurea vero ar-
genteaque mulierum orna-
menta, annulos et pecuniam
ad curiam grafhiariam de-
ferunt.

Hinc eodem Prophetæ
jubente in tertium usque diem
fit deprecatio publica, ut
Pater divinus suo nutu Septem
viros deligat, qui bonis istis
conjectis profint, et singulis
christiani patribus familiæ
cessitate fideliter ea di-
spensent. Die vero tertio di-
vino oraculo hos sibi provi-
tos esse proclamat: Leo-
canum Villicum, Al-
bertum Heytterum
qui Hermanni Fockii filii,
amitæ suæ duxerat, Bern-

har-

1762.

hardum Stavinckhorstium Villicum, Hermannum Albertingum, à clave co-gnominatum, Hermannum Leyningum, Joannem Laterbergkuth Montanum, Caliaj Thor Heijden Politorem armorum, et Hermannum Bridorpium, quos à mi-nisterio, quo fungebantur, Diaconos appellavit, Hi à Prophetâ nominati ad Julium Trifium Episco-pum ac alios Concionatores deducti, per manus impositio-nem in officio suo confirman-tur. Horum munus erat, cùm omnia essent commu-nia egressorum civium bus-pellectilia, atque etiam do-

domus indigentibus suis con-
patribus ministrare. Quicunque
enim vestibus, aliisque rebus,
ad alimentum pertinentibus,
opus habet, aut sua humanio-
ris habitationis pertaesus splen-
didiorem affectat, apud Syra-
cusios silvolo compos.

Post haec quidam in-
digena cùm videant ho-
minem peregrinum advenam,
ignotumque tantum sibi autho-
ritati arrogare, ut tam sacra,
quàm profana, pro suo ar-
bitrio in urbe administraret,
inter se minimè ferendum esse
murmurant, inter quos Ru-
pertus Ruscherus faber
ferrarius. Haccine fra-
tres amentia insignis est
ex-

exclamat quod homo mendax, stolidus et amens, se Prophetam appellare, non erubescat? quod ipse indoctus alios docere presumat, quod consuetudinis hujus patricæ exper, politicam administrationem temere invadat? quod ipse ignotus notis se præferat, nos stultissimi sumus, qui illum, quem toties oracula fallunt, Prophetam esse credimus. Existimet hunc Prophetam esse, quicunque velit, ego verò illum cacantem prophetam esse judico, multaque alia, quæ ira suggesit, evomit. Qui autem aderant, vitæ suæ metuentes ad hæc omnia Ruscheri dicta ne verbum quidem

dem

Dom mutire audent, sed alius
intra se suos questus summo
cum dolore taciti premunt.
Hæc res per delatores quosdam
Prophetæ prodituR, qui proti-
nus per lictores hunc comprehen-
di et constringi jubet, convocato
totam multitudinem armatam
ad campum Dominicum, quo
cum non solum plebei, verùm
etiam Consules ac Senatores
convenissent, ignari, quid sibi
populi convocatio vellet; ibi
tunc Prophetæ protracto
Hupperto in mediam concione
Fratres Christianissimi inquit
Hupertus ille faber malo ingenio
fraudulus, miserè eò dementiæ
et impietatis devenit, ut Pro-
phetam à Patre vobis in co-
sola,

solationem et salutem missum,
contemnere, ipsumque nefandis
amaris, sanctibusque dictertis
publice lacerare audeat, unde
liquet, ipsum esse impium et
publicæ pacis perturbatorem.
An ipsum itaque violati foederis
exempla esse statuenda docet,
ne unius flagitium in totum
populum transfundatur, u-
nius enim ob culpam, multos
sæpe punitos esse. Quare in-
quit, extinguendus et radican-
dus hic est de numero piorum,
atque ex Israël tollendus:
Scriptum enim est: tempus est,
ut Judicium à domo Dei inci-
piat. Hermannus autem
Silvecke et Henricus Redeter
quorum hic anno superiori

sui-

Tribunus plebis, ille vero Consul fuerat, intercedunt, neque coercem unius arbitrio occidendum esse volunt. Propheta verò his verbis impatiens contradictionis in furorem prope modum versus, jussit protinus eos constringi et in carcerem abduci. Stabebat enim Lictores aliosq; Satellites non paucos, quibus nemo resistere audebat. Continuò dum hæc aguntur Joannes Roskelson Leyda, nus alter ille Propheta e media plebe exsultans, vocem suam proclamat. Stupertum illum hominem impium et flagitiosum nullam apud Patrem gratiam et delicti sui remissionem impetraturum

ram, morte invicti morietur, nec diem unum ultra victurus est, ea mihi à Patre potestas data, vitiq donata est, ut meo gladio, quem hac dextra vibrat, omnis ille cadat, qui se divinæ huic jussioni opposuerit, simulque ensem, non sine magno circumstantium horrore concutit. Nemo igitur adversùs hos viros Dei mutire aut hiscere ausus fuit. Mox Joannes Matthisson his Leydani verbis in deve perpetrandâ ob-stinatior et obfirmatior fa-ctus Haupertum, ante pedes suos procumbentem, protinùm, que in terrâ jacentem, validâ dâ bipenne, quantâ vi potuit, transfigit, sed cum

non

non subito, ut ipse sperabat, capiraret, rapta ab astante chyrobombarda eundem insuper trajicit. Mortuo igitur Auperto prima in populi Dei victima, totum ibi multitudinem admonet, ne quis eorum similis sceleratus et enormi peccato contaminet. Hinc in laudem Dei decantato hymno digrediuntur. Silbechius autem et Ledekerus, qui Luscheri patrocinium molirebantur, gratiam à Prophetâ, cùm proceres urbis habiti sunt, facilè impetrant, idcoque carcere liberantur.

Haec ubi foeliciter cessisent, omnibus cruento isto spectaculo terror incussus fuisset,

ipsi, idem ille Matthiſon
mortis Supplicio propoſito,
omnibus utriusque ſexûs ho-
minibus per totam urbem ſeve-
riſſimè edicit, ut aurum, ar-
gentumque tam ſignatum,
quàm non ſignatum, ac omnia
muliebria ornamenta in cu-
riam graphiariam deferant,
cùm inter veros christianos
nullus pecuniæ uſus eſſe debeat.
Plerique ſtupefacto exemplo
territi, mortem ſibi metuentes,
edicto parent, et annulos,
bullas torquas, fibulas, tho-
racum nodulos monetarum
pecuniámque omnem confe-
runt, multi etiam ſuas opes
in terram defodientes, aut
antiquarum ædium muris

com-

committentes suarum rerum
custodes ipsos esse malunt, nihil
interim sibi esse simulantes,
quam Estam conjicere arcam,
cujus clavis copiam habere non
possunt. Hujus ita collo-
cati thesauri custodes Conra-
dus Kruse, Gerhardus
Kinnick, Magnus Kocke
ips et Lucas Kruiter per
Prophetam constituuntur,
quibus negotium datum est,
ut christianos fratres infide-
libus creditoribus, obnoxios
ære alieno liberent, debitaq;
eorum exsolvant.

Edictum Prophetæ.

Hinc ubi Propheta animad-
vertit, multos in urbe man-
sisse, qui non ex animo,

sed

sed aut simulate, aut invite,
aut metu mortis adacti, aut
bonorum suorum custodiendo-
rum grātiā commoti, à quibus
divelli non poterant, breve me-
lius sperantes, Anabaptismā
suscepissent, omnes utriusque
sexūs homines ad campum Do-
minicum iterum convocari ju-
bet, quo, cùm rei novitate alle-
cti convenissent, ibi Propheta
longā oratione in falsos patres
et simulatos Christianos, quos
secum in urbe haberent, invehi-
tur, eos minimè inter veros
christianos ferendos esse. Jubet
itaque hos, qui post diem
20. Februarii retineti fuerunt,
ab aliis in templum Lam-
bertinum secedere, Patrēsq;
gra-

gratiam implorare, si forte pec-
catum ipsis remittatur, cum non
sponte sua, sed inviti foederis
charactere sint insigniti, et
Patrem, sucatâ sanctitate, si-
mulatâque religione offende-
rint, et filios Dei sua impie-
tate contaminaverint. Sivero
Pater ipsos in gratiam non
receperit, neque admissum
scelus, quo Spiritum Sanctum
fallere voluerint, clementer
remiserit, ipsos gladio piorum
casuros.

Magna miserorum hominu
multitudo, tam virorum, quâ
mulierum, recenti dadc Lu-
cheri territa et consternata
pparet et ad templum D.
Lamberto consecratum, se-
cedit,

edit, ibique conclusa gemit,
suspiria ducit, plorat, suam
sortem et calamitatem contre-
ma sibi metuens deflet. Sta
in templo per aliquot horas
gemitibus et lacrymis se confi-
ciunt, ut vix humanam pra
moerore et mortis metu formam
conservent. Tandem cum Pro-
pheta armatis stipatus mi-
nistris templi claustra lassa-
ret, ibi tunc omnes simul
provolati genibus, complicatis
manibus, et confusis singultibus
ipsum precantur, ut, cum
ipse sit vir Dei, sanctus Pro-
pheta, Patrique dilectus,
pro se suas ad Patrem fun-
dat preces, et delicti gratiam
impetret. Ipse igitur flexis
geni-

genibus, pro captivo populo se
Patrem precari fingit. Post
modicum temporis subito excli-
ent, suas preces excandita, iis q.
Patrem, graviter prius offen sum,
jam placatum esse affirmat,
sibi exitum inspiratum esse
ipsos victuros, inde hymno in
laudem Dei decantato, exar-
gastulo illo, ne iterum pecent,
in pace dimittuntur, atque ita
in consortium aliorum chri-
stianorum fratrum, quasi
jam purgati, recipiuntur.

Alibi Prophetae Edictum
ireal Dominica m Latare,
qua fuit 15. Martii, idem
ille Matthiasora praecipit,
ne quis in urbe aujus libet ge-
neris authores, seu libros, pra-
ter

ter vetus et novum testamentum
habeat, contrectet, seu legat, nos
enim solos ad salutis negotium
sufficere; reliquos vero omnes
ad campum Dominicum illicò
perferant, quo aim incredibilis
Librorum multitudo perlata
esset, qui etiam ultra viginti
millibus florenorum valebant,
in ignem ibi excitatum con-
jecti in favillam redigantur,
et sic incomperabilem illum
urbis thesaurum, ac multo-
rum annorum lucubrationes
flamma subito absumit.
Quod eo consilio factum esse
non dubito, ut sanctorum
Patrum explicationes, quæ
adversùs suam doctrinam fa-
ciunt, ea animis subditorum

paulatim revellantur, ac à se
solo scripturarum interpretatio
dependeat et petatur. Eo enim
modo incommodissimè fieri posse
existimat, ut suam doctrinam
erroneam plebi imprimet, etiam,
prepam falsis interpretationibus
fuis confirmet.

Nitetur in initio obsidionis
intra castra commeatu penu,
ria laborare cepit, nam parum
rerum necessariarum advehitur,
neque enim peregrini mercatores,
neque agricolæ circumfusi
huc commeant, qui non solum
bonis, verum etiam sibi
timente, militem raptorem
depredatorem et truculentio-
rem fama sibi fingebat.

Quo ubi Cinnes intelligeret,

ere-

erectis juxta castra in terrorem
flagitiosorum cruciby, rotis,
aliisq; malitiæ repagulis mili-
tibus imperat, ut ab omni in-
juria, maleficio, rapinâ sibi
temperent, ut sine metu et pe-
riculo mercatores cum merci-
bus et oneribus in castra com-
meare, et necessaria tollerabili
pretio distrahere possint,
ita pore ut omnium rerum
copia castris suppetat, simulq;
populos et urbes externas per
literas 13. Martii emissas,
propositâ fide publicâ et
emendi et vendendi libertate,
huc invitat, ut tuto humanis
usibus necessaria advehant,
castrisque laborantibus, com-
meatibus subveniant, mox

intra

intra dies paucos annonam
carissimam inopinata ubilitas
consecuta est.

Die Martij post Lata-
re, quæ fuit 17. Martii
cum Princeps Hildesiæ in
pago non procul ab urbe obsessâ
Dioecesana Comitia haberet, con-
fluxerèque, cum suis obsidionis
impensis alióque rebus affli-
ctis, exules cives per P. Lot-
gerum Emsingum Scholas-
tem Templi Majoris Monast.
hominem, et eruditione et pie-
tate insignem à Principe
petierunt. Cùm Q. Martii
civibus clementer adnuerit,
se ipsos ad suos penates et bona
nondum per retinctos absum-
pta, et dissipata, reducturi,

ut

ut post urbem recuperatam
antiqua privilegia, libertates,
jura prisca antiquitus habita,
episcoporum sibi mutuo suc-
dentium beneficiis donata
civitati non adimantur. Et
cùm multi partim senio partim
agritudine longâ pressi et
debilitati urbe excedere non
potuerint, nec ea animo, sed
coacti Anabaptismo sint im-
pliciti, ne in ipsos p: cum sit
insontes:/ jus gladii captâ
urbe exerceatur.

Princeps respondet:
cùm iniquum sit, ut inno-
centes nocentium poenâ affi-
ciantur, se itaque privilegia
urbis in minimo non violatu-
rum, sed in gratiam eorum,
qui

qui relictis patriis penatibus
et omnibus bonis suis, ne se mon-
stroso schismate pollucrent, cru-
dele civilium elegerunt, suaq;
arma aut secuti sunt, aut profu-
dis et impensis suis confirma-
runt, nonis potius incrementis
ea auxerunt; neque se capta ur-
be in infontes cives, qui certa
ob causa urbe excedere non po-
tuerunt, sæviturum, sed cum
illis, ut clementem decet Prin-
cipem, actum.

Inde bonus etiam Princeps: ut civibus gratificaretur, queis ex animo favet: edicto publico præcepit, ne quis ex-
traneorum post captam ur-
bem bona civium a militi-
bus direpta coëmat, alioquin

ea

ea nova præscriptioni fore subjecta; Verùm huic edicto in tanto tumultu minimè paritum est.

Circa hæc tempora varii motus ab Anabaptistis in Hollandiâ, Frisiâ, Brabantiâ et aliis circumfluis regionibus terrâ marique concitati sunt, magna enim Anabaptistarum copia utriusque sexus circa 18^m diem Martii in Hollandia, quæ Monasterium contendebat, subitò emergit, sed Georgius Schenck eam insidiosam aquis submergit et suffocat: Scribit etiam Peregrinus Selmundus, qui etsi pen-

to,

tocosiarcha officio fungeretur,
ab Episcopo tamen exploratum
ablegatus est: quinque naves
ab Anabaptistis pietas ex
Hollandia appulisse; sedecz 22.
Martii Vollenhoe primo,
quam parerent, intercepta
sse, ut Viginti unam in mari
adhuc superesse, sedecimque
millia relinquorum 24. Mar-
tii coenobium haud ita pro-
cul ab oppidan Zwollano
à monte appellatum vio-
lentâ manu occupatura.
Ubi per Prophetam quen-
dam excepti, ad novam illam
Hyerosolimorum urbem Mo-
nasterium inde deducendi
sint. Scribit quoque 24.
Martii Dux Juliacus

Epi-

Episcopo nostro, sibi pro certo nunciatum esse: multos relinquere in Diœcesi Trajectensi circa Vollenhoam et Hasselt, lum cœnobium S. Joannis campum denominatum invasisse, numerumque eorum supra modum in dies augeri, et tandem ipsos Non: ab obsidione liberaturos, sibi provide prospiciat. Hos autem motus omnes Georgius Scherpt Liber Baro de Lentenburgh ac Caroli Quinti Imperatoris Transisulanarum et inferiorum suarum provinciarum Præfectus summâ prudentiâ et fortitudine compescuit, re-

tinto

tinctos legitimis poenis affecit, et variâ clade aut aquâ aut igni afflixit. Viani quoque Principes ita circumquaque vias obsessas peculiari foedere et pacto tenebant, ut ad liberandam ab obsidione urbem, nullâ militum aut quorumlibet hominum conventicula coalescere sinerent, sed dissiparent profligarent et funderent.

In die Parasceves, quae fuit 3. Aprilis, quâ Christiani amara passionis Domini nostri Jesu Christi fructum potissimùm meditantur, neque quicquam joci, laetitiaeq; admittunt. Sed toti circa salutiferam passionem et mortem Domini sunt occu-

cu-

cupati, ita cognoscamus campanarum pulsum ferunt. Anabaptistæ vero contrà talem hunc diem agunt, pace et laetari e templi frapolas, portis Civitatis excerunt, omnes ejus campanas urbis simul agitant et pulsant, ~~non~~ aliter ac si Dominicæ Resurrectionis diem, deridentes interim catholicorum morem, celebrarent. Literas quoque soverit per Landgravii Legatos inter Episcopum et Civitatem conciliali signatas, caute annosæ equis alligant, ac in Principum, Nobiliumq; omnium, quorum signa appensa fuerant, infignem contumeliam et urbe in castra Mauritianâ abigunt,

cum

cùm tamen non Episcopus
sed Monasterienses fœderatur,
piter violaverint.

Inde circa festum Paschæ
Matthiſon Prophetæ
miro Enthusiasmo afflatus, tan-
tam mortis securitatem animo
concepit, ut sibi, aliisq; per ur-
bem persuaderet. Se Patris
monitu cum paucis militibus
omnes hostes abacturum, ur-
bemq; ab obsidione liberaturum.
Captâ ilaque hyeme, certâ
victoriæ fiduciâ pretus, portam
Sudericanam cum commili-
tonibus non ita multis aude-
cius quàm prudentius, ani-
mosi quidem animo, quàm si
ingentem exercitum sequentem
haberet, egreditur, hostemq;

ta-

lacessere, & se discrimini expo-
nere audet. Nec desunt interea
spectatores, qui de victoriâ du-
bitantes, temeritatem hominis
admirarentur, atque rei even-
tum in aggere sollicili exspe-
tarent. Sed ecce: hostes cater-
vatim eccibi, novum illum
Samsonem cum expeditione
suâ urbanâ undique inva-
dunt, cinguntque ita armis,
ut elabi vix possent. Ille
ergo novus Samson frustra
jam movet Cippennem, pru-
stra se in fugam conjicere
nititur, frustra suos, partim
jam in fugam aversos, par-
tim modo occisos, in prae-
dium vocat, frustra Patris
monito adspectat. Subito

errira

enim cujusdam Misnensis militis hastâ transactus infœlix sternitur Prophe-
ta Matthisson. Et cum eum esse ab equitatu cognosceretur, qui J. Hermannum Jungelium, virum avitæ pietatis et reverandæ Senectutis, contra jus gentium et promissam fidem in urbe spoliaverat, abinguen-
tibusque hostibus ita dilacer-
pitur, ita laniatur, ut omnes corporis compagines frequenti-
bus gladiorum ictibus dissolutæ, à se mutuo dispellerentur, ac intestina largo cum sanguine effluerent. Genitalia quoque ejus resecta à quibusdam au-
daxissimis tenebrionibus in sequente nocte propilæo

ver-

versatili Aquiana porta affiguntur, in Vates, in Sy-
phela cum suo vaticinio, et
quos secum duxerat, exceptis
paucis, qui fugâ evaserant,
ea stirpe est.

Huic Joannes Boxelson
Leydanus successit, qui majori
astu rem omnem peregit, pru-
denti usque negotia sua consi-
cere visus est, hic cum plebs
Matthysonem ab hostibus
miseris modis peremptum et
discerptum lugeret, et de pie-
tate viri subdubitaret, quem
Deus ita in periculo destitu-
erit, et interfici passus fuerit,
consolatus populum et ad-
monet, ut mirari desinat,
illum eo genere mortis subla-

tum

tum: justo enim illius patris judicio factum esse, patrem quidem jussisse, ut cum populorum manu omnium hostium agmina abigeret, et admirabili victoriâ potiretur, quod certò quidem futurum fuisset, si eam potentiam sibi Deo non suis viribus tribuisset; si exemplo Judith populum ad jejunium et deprecationem excitasset. Ubi vero omnia ista neglexerit et arrogantiâ concitatus, si gloriam inanem stultè venatus fuerit, neque à quo victoria ista penderet, ignoverit, ipsum à Deo punitum esse. Sibi hoc mortis genus ante per spiritum à patre esse pro-

dictum

dilum affirmat. Cum enim in ædibus Knipperdöllingi in chorum dormiturus sese com-
poneret, legemq; Dominii ante somnum serio meditaretur, Matthisonem armati militis hastâ ita transfossum, ut viscera ejus in terram effunde-
rentur, per visum sibi appa-
ruisse. Quo cruento spectá-
culo cùm supra quàm dici potest, terreretur, virum ar-
matum respondisse: ne me-
tue vir Dei, neque ullâ re terrearis, sed tuæ vocationi et propósito insiste; non enim de tuâ, sed Matthisonis vita peculiari Dei judicio agitur, cujus demortui ul-
orem ducas. Hac voce ma-

gnâ

qua admiratione se affectum,
cum legitima sibi esset uxor,
quam Leyda reliquisset, hæc
se omnia Knipperdollingo retu-
lisse, ut, cum scirent, testem
rerum gestarum haberet. Hæc
cum in coetu populi diceret,
Knipperdollingus subito pro-
deri, vera esse omnia profite-
tur, et quomodo sibi mortem
Matthisonis prædixerit; sed
quod in gratiam Prophetæ men-
titus sit, paulo ante supplici
cum Judam Knipperdollingus
tormentis adductus fatetur.
Stini totus populus non solum
illum Prophetam, sed et ami-
cum et virum Dei vocat, et
nefas esse credit, tanto viro
non consulto, quicquam in

pac

hac sanctâ Republicâ auspicari. Excellentiorem ergo atque augustiorem hunc esse Matthiso, ne sibi persuadeat, ab eo jam pendent omnes, hunc solum ut Patrem suspiciunt, colunt et venerentur.

Cripperdollingus eti[am] Nam 9. Aprilis propheticus Spiritus agitatus sublimia humiliandâ, et humilia extollenda esse proclamat. Unde turrium pyramidas in templa dejiciendas, templaq[ue] urbis omnia solo aequanda esse praecipit. Patrem sibi hoc per Spiritum suggessisse, et nisi ista fiant, ipsum graviter offendi.

Ad hanc rem conficien-

dam

dam, ut valicinio satisfiat,
Eberhardus Kribbe, Theodo-
cus Dr. Gutlinck, ac Joannes
Schemme fabri lignarii
reliquis prestantiores facer-
juntur, Hi itaque ligneas
pyramides circa basin prope
modum rejectas atque rejicas
cochleis firmioribus supposi-
is in templorum templa et testu-
dines precipitant, Anno casu
multorum annorum labore
demoliuntur. Hic tapsorum
turrium horrendus, subitus
ac pulverulentus fragor et
iam militem in castris remotio-
ribus degentes non solum ter-
ruit, verum etiam in sum-
mam admirationem adduxit,
quâ ratione et industria

qui

quibusve machinis / de cochlej
nihil suspicantes / tantæ li-
gnorum moles et plumbea
tectorum pondera, uno impetu
conculsa dejecerint. Pyrami-
dem verò Martinianæ turris
cum cochlearum circumductu
ab oriæu elevatam in templu
præcipitare conarentur, erratu
forte est, nam intra basim
lapideam ab alterâ parte
retenta minimè corruit, sed
inclinata et ad solis occasum
spectans sine, lapsu ruinam
minatur. Cumq; ita oblique
et ad orientem solem supra
templum inclinata ad aliquot
dies penderet, Strutlingius
sibi cavilby à Patre ratio-
nem demoliendæ turris per

Somnu

somnum inspiratum esse, multi-
tudini persuadet, à qua ad opus
conficiendum, vehementer incita-
tatur. Proinde cùm turris esset
cupro levissimo tecta, pedibus
et genibus chalybea calcaria
manibus verò acutissimos utris-
que stimulos, ut se à lapsu pro-
servaret, atque collo longum
funem aptat, quo infra cru-
cem et globulum cacumini
affixo pyramis tota circum-
deret. Ubi autem ita instructus
per acclivem et phaëtonteum
repere cœpisset tramitem, et
vix ad medium pervenisset, py-
ramis à suo pondere ac basi
soluta magno cum fragore,
in templi tectum, et testudi-
nem corruit, Brutlingum
majo-

majora suis viribus affectantem
à Patre suo deceptum op-
pressit, cujus calcaria et stimu-
li chalybei præter ossa carnē
dissipula, post recuperatam
urbem dimotis impedimentis
in templo reperta sunt, de-
jectis pyramidibus turrium,
bases lapideas tormentis mu-
niunt. unde non parvam
sæpe cladem et castris infe-
runt. habent enim peritissi-
mos jaculatores, adeo ut quo-
cunque contra vineas modi
cum quiescentem prospexe-
rint, subitò transfigant.
Ii sæpe aleâ ludentes
cum astantibus spectatori-
bus bombardarum jaculis
non sine insigni strage
aut

aut membrorum jactura dissi-
pantur. Salus itaque fuerat
militibus extra vineas et castra-
rum munitiones non quiescere
neque in loco uno consistere, sed
continuo motu huc, illúcque
ferri.

Circa haec tempora Jo-
annes Hofhesor Prophe-
ta et vir Dei, Kniphofiol-
lingi vaticinii authoritate
freltus, eidem gladium in ter-
rorem maleficorum tradit,
ipsúmque nova voce Ensi-
gerum in concione popu-
li pronunciavit: cùm enim
omnia excelsa humilianda
sint, atque ipse hactenus
Consul et urbis caput fue-
rit, Patrem nunc velle,

ut

ut abjectissimi carnificis
munere fungatur.
Ille verò officium sibi obla-
tum non averseatur, sed liben-
ter suscipere visa est, qua-
tuórq; stipatores, Joanne
Schultum, Nicolaum
Schmalcaldianum, Geor-
gium Avenhovelium, et
Joannem Surenum
in tutelam novi Magi-
stratûs asciscit.
Cùm autem Propheta
tanta esset inter suos autho-
ritate, facilem ad regnum
parandum viam, quod
tacitè jam diu affectave-
rat, sibi patere putabat.
Itaque omnia majorum
instituta, leges, moresque
mu-

mutaturus, novamq; Reipubl.
formam introducturus, nudus
in caligine noctis omnes urbis
vias percurrit, & inaudita voce
clamitat Vëri Israëlita,
qui Sancta Solymorum moenia
incolitis, timete Patrem coelestem,
et vitæ Superioris agite poeni-
tentiam, resipiscite, resipi-
scite, Rex ille inclytus Sionis,
cum multis Angelorum milli-
bus est in procinctu, et cape-
ditionem tubâ terribili pro-
clamante in terram parat, re-
sipiscite ergo, resipiscite.
Alibi ubi nocturnis clamoribus
ac horrendis vocibus totam
urbem deterruisset ac semet
ipsum defatigâsset, ad ho-
spitem suum Knipperdol-
lin-

linguam, simili interdum furore agitatum, redit, & continuo beneficio sermonis se destitutum esse fingit, cumque à pavidis circumstantibus, quid sibi malo accidisset, sollicitè quæreretur, mutum se esse, quibusdam nutibus significavit. Salutantibus causam: sibi à Patre obtausum, linguámque constrictam, neque sibi fas esse, ante tertium diem quicquam proloqui, scripsit.

Ed tertio die frequentem populi concionem convocari jubet, quem diem tota multitudo, novitatis avida, magno desiderio exspectat.

Die constituto in concione populi prodit, sibi à

Patre

Patre revelatum esse, proclamat: in novo populo Israëlitico novam Reipubl: formam fore; novum ergo Magistratu, novosque leges divinâ ordinatione introducendas esse; Magistratum Superiorem ab omnibus constitutum esse; nunc verò patrij instinctu ex expresso mandato eundem esse designandum, simulq; duodecim viros sibi potissimum peculiari favore addictos delegit, inter quos etiam Senatores fuerunt, ne eorum planè favorem à se alienaret, quos plebs suspiciebat et in honore habebat, neve causam tumultuandi conciparet. Hos duodecim Tribuni Israëliti-

ti,

ticarum Seniores appella-
vit, penes quos omnium reru-
tam publicarum, quàm priva-
tarum, tam sacrarum, quàm
politicarum judicium, imo
jus gladii, summáque Impe-
rii potestas esse debebat.

Nomina Senio-
rum duodecim
hæ sunt.

1. Hermannus Lilbeche
Patricius,
2. Gerlacus à Wülle
Nobilis,
3. Henricus Quintus,
4. Henricus Coede Au-
rifaber,
5. Joannes de Isenbecke,
Lan-

1805.

6. Lambertus Caperlinck,
7. Joannes Schman Wa-
rendorpensis,
8. Lambertus Hillerbecke
civis Coesfeldianus,
9. Petrus Simonson Silius
10. Lambertus Ludius,
11. Bernhardus Thor-
Noer,
12. Antonius Bulder,
arm.

Cum hi designati fuissent, Bern-
hardus Rotmannus apud
populum, de novâ hac Reipubl:
formâ concionatus est, quam
à Deo institutam, Israëlitici
populi, Deo avamati, imagi-
nem referret, atque hic eorum
nomina publicè recitavit.
Factâ concione Propheta

hos

hos omnes ordine in conspectum
omnis populi produxit, singu-
lisque per ordinem gladium
strictum concepto his verbis:
accipe jus gladii tibi a
Deo Patre per me com-
missum eoq; ad man-
datum Dei scinde:
Hinc totus populus Prophetâ
jubente, supplices ad Patrem pro
gubernando populum Israëli-
ticum prudentia preces funduit,
Hermannus autem Til-
bechius spiritu humilitatis
exagitatus, lacrymatur, et O
mi Pater, exclamat
indignus ego sum tanto
munere, tu itaque mihi
prudentiam, virésque
regendi suggere. Ita
ita

ita actis tota multitudo Pro-
phetâ præeunte: Gloria in
excelsis Deo decantat. Se-
natus in partes jam distractus,
prophetico Spiritui, novæque
Reipubl. formæ non repugnat,
libenterq; se Magistratu abdi-
cari patitur. Totum ergo im-
perium et merum et mixtum,
jus vitæ, necisq; sine invidiâ
Senatûs, Seniores sibi vendicant,
leges novas veteribus abrogatis,
condunt edicta pro suâ libi-
dine, Prophetâ tam consulto,
publicant, et omnia pro suo
arbitrio agunt; hanc gladii
et scindendi licentiam non
segniter sibi usurpant, ut po-
stea dicetur. Hinc ab ipsis
Senioribus factum hoc edictum.

Duo

1808.

Prodeum Senio-
rum & dictum
publicum.

Gratia et pax super
omnes, qui timent Deū,
et voluntati ejus obsequū-
tur, et pax super universū
Israëlem populum Dei.
Amen.

Cùm in hanc sanctam com-
munitatem Mons: nos o-
mnes, quorum ordinibus lex
et voluntas altissimi digito
Dei inscripta est, eam cogi-
tatione verbis et operibus
meritò adimplerēmus, adeo
ut nunc dehinc opus non
sit, legem Domini Dei nostri
scriptam nobis ob oculos po-
nere, et præfigurare; nihilo-
mi-

minus tamen cum Deus Omni-
poten/ populo suo novum Ma-
gistratum clementer tribuerit,
ut poenitentes nihil excusationi-
bus suis praetexere queant,
et imbecillioribus et negli-
gentibus/: qui forte inter nos
sunt:/ serviatur; Itaque Nos
Seniores populi, ea quae Scri-
ptura multis verbis passim
ad nostram doctrinam tradit,
ut homo infelix in omni bono
opere perficiatur, in praesi-
dium novae politiae, quasi
in tabula breviter comprehen-
demus, atque singulis, ut
quid sibi agendum, quidve
fugiendum sit, cognoscat,
ob oculos ponemus: Justis
non est lex posita, sed injus-
tis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

stis et inobedientibus. Sic et
iam Magistratus, qui gladium
gerit, in terrorem malorum et
defensionem bonorum à Deo
constituitur. Legibus ergo et
metu earum soluti esse volentes,
Deum ante oculos habeant,
et omnia mandata ejus ser-
vent, sicut infra ex Scripturâ
sacrâ breviter annotatum est,
Ut apud deum, apud magis-
tratum ministrum ejus et omne
pios laudem, gloriam et hono-
rem consequerentur, et tandem
vitam aeternam sibi lucra-
buntur. Deus Pater Domini
nostri Jesu Christi, donet
nobis cum omnibus credenti-
bus animum et Spiritum,
Amen. Non in sermone
re-

regnum Dei est, sed in virtute
vel facti. Non omnes, qui di-
cunt, Domine! Domine! intra-
bunt in regnum coelorum, sed
qui faciunt voluntatem Patris
mei, qui in coelis est, haec
est voluntas Dei, Sanctificatio
nostra utrumusquisque sciat, nos
suum possidere in sanctitate et
honore, non cum affectu concu-
piscentiae, quemadmodum et
gentes, quae non noverunt Deum.
Diligamus neque verbo neque
lingua, sed facti et veritate.
Sim ergo regnum Dei, in eo
consistit, ut ex tota mente
voluntatem illius impleamus,
et tunc simus veri filii Dei,
fratres et coheredes Christi Je-
su, si, quod jussit, facti simus.

pres.

preſcrimus. & diverſo regnum Diaboli in his conſiſtit: quando peccata committimus, et voluntatem illius, quod procul â nobis abſit, facimus. Si autem filii Dei facti ſumus, et in Chriſtum baptizati, omne reſiduum malum de medio noſtri eradicandum eſt, cui rei Magiſtratus maxime potest Deum ancillatur, Sicut ſcriptum eſt Rom: 13: omnis anima ſupereminentibus potestatibus ſubdita ſit, non enim eſt potestas niſi â Deo, quæ vero ſunt potestates â Deo ordinatæ ſunt. Itaque quis, quis reſiſtit potestati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſtiterint, ſibi ipſis ju-

judicium accipient, nam Principes non terrori sunt bene agentibus sed male, vis autem non timere potestatem quod bonum est facito, et feres laudem ab illo, quod si feceris id, quod malum est, time tibi; non enim frustra gladium gestat, nam Dei minister est, ultor ad iram ei qui, quod malum est, fecerit. Quapropter oportet nos esse subditos non solum propter iram, verum etiam propter conscientiam. In gladio morientur omnes peccatores, populo meo qui dicunt, non accedet, neque proximabit propter nos malum.

Sequuntur aliquot peccata, in scriptura eo praeverfa, quorum nomine inobedientes

it

et non resipiscentes
gladio puniuntur.

1.

Principio qui maledixerit Deo nomenq; Sanctum vel verbum illius sanctum blasphemaverit. Levitici 24. Quicunque maledixerit Deo, portabit poenam peccati sui, et qui blasphemaverit nomen Domini, morte interficiatur. Exo: 20. Non sumes nomen Domini tui in vanum, quoniam non insontem habebit Dominus eum, qui nomen suum sumpserit frustra.

2.

Nemo maledicet Magistratui Exo: 22: Judicibus non maledices, et Princi-

pem

pem in populo tuo non blasphe-
mabis. Petri 3. Act: 23.
de inobedientiâ Deut. 17. Vir
ille, qui egerit procaciter, nolue-
rit ex sacerdotem audire, qui
stat coram Domino Deo tuo,
ut tibi ministret, aut judicem,
moriatur vir ille, et eliminabis
malum de Israël, et omnes
de populo audire debent, ut
timeant, et amplius procaciter
non agant.

3.

Qui maledixerit pa-
rentibus suis, neque illis pareat,
sed pertinaciter se adversùs
illos erigit. Exo: 20: honora
patrem tuum et matrem tuam
ut prolongantur dies tui super
terram, quam Dominus Deus
tuus

tuus dabit tibi. Exo. 21. Qui maledixerit patri suo et matri suæ morte interficiatur. Deut. 5. Ephes. 6. Deut. 21. si habuerit homo protervum et rebellem, qui noluerit audire vocem patris sui et matris, lapidabunt eum omnes viri civitatis suæ, ut moriatur. De mariti imperio et uxoris in matrimonio obedientia Ephes. viri diligite uxores vestras, uxores proprijs viris subditæ sitis, veluti Domino. Item uxor virum timeat.

4.

De familia erga patrem familias obedientia et patris familiam erga familias suam officio. Eph: 6.

Jer 4

Servi obedite ūs, qui Domini sunt
juxta carnem in timore et tremore,
cum simplicitate cordis vestri tan-
quam Christo, non ad oculum ser-
vientes velut hominibus placere
studentes, sed tanquam servi Chri-
sti facientes, quia vult Deus ex
animo cum benevolentia servien-
tes Domino et non hominibus,
illud scientes; quod unusquisque
fecerit bonū hoc reportabit a
Deo sive servus fuerit, sive liber.
Et vos Domini eadem facite
erga illos remittentes minas, sci-
entes, quod et vester ipsorum Do-
minus est in coelis, nec personæ
est respectus apud illum.

Se adulterio Exo: 20.
non adulterabis Levit: 20.

qui

qui fornicatus fuerit cum uxore proximi sui, morte interficiatur, tam adulter, quàm adultera, Matth: 5. qui: cunque aspexerit uxorem alterius ad concupiscendam eam, jam adulterium cum eâ commisit in corde suo. 6.

De

fornicatione et immunditia omnis generis

Ex: 22. Deut: si invenit puellam, apprehendésque eam, Similiter de impudicis et masculorum constupratoribus, ac qui se sororibus suis, aut aliquibus sanguine sibi conjunctis et Scriptura vetitis miscuerit, Levit: 20. et similiter 18. Scriptu

est

est qui jacuerit cum muliere menstruum habente, et quicum, que turpitudinem ~~ſ~~ scripturâ prohibitam, exercuerit, obomi, nationem committit, morte mo, rietur. Item 1. Corint. 6. Ga, lat: 5. Eph. 4. 5. et 1. 1 Thess. 4. fornicatio et omnis immunditia, ne nominetur in vobis, sicut sanctos Dei decet.

I.

De avaritiâ et rapinâ

Simot 6. Avaritia est radix omnis mali.

8.

De furto Exo: 20. non furaberis. Deut: 5. 1. Corinth. 6. Item Deut, 27. maledictus, qui tran, sfert

fert terram proximi sui.

9.

De fraudibus et impostu-
ris 1. Thess. 4. ne quis opp-
primat et fraudet in negotio
fratrem suum, propterea
quod ultor est Dominus de
omnibus istis.

10

De mendaciis et obtrec-
tationibus Cap. 1. of, quod
mentitur occidit animam
Psal: 21. timidis et incre-
dulis et execratis, et homi-
cidis, et fornicatoribus et vene-
fidis et idololatris, et omnibus
mendacibus pars illorum erit,
in stagno ardenti, igne et
sulphure, quod est mors secun-

da

da. Jacob. 4. nolite detrahere vobis invicem fratres 1. Petri. 2. Matth. 7.

N. 1.

De turpiloquio et verbis otiosis Matt. 1. de verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddituri sunt rationem in die judicii. In Joh. 4. 0, mnis sermo spurcus ex ore vestro non procedat.

N. 2.

De contentionibus, detestationibus ira et æmulatione Gal. 5. manifesta sunt opera carnis, quæ sunt hæc: inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, concertationes, quæ talia agunt, regni Dei hæredes non

non erunt, Matt. 5. quisquis irascitur fratri suo temere ob-noxius erit judicio, Joan. 4. Qui autem odit fratrem suum homicida est.

§3

De calumniis, obmurmu-rationibus et factionibus in populo Dei! Levit. 19. non erit criminator, nec susur-ro in populo. 1 Cor. 10. non murmuretis: sicut et quidam illorum murmuraverunt.

Conclusio

Quicunque his peccati-is et similibus salutari et sanæ Jesu Christi doctri-næ contrarii se contami-naverint, nisi veram egerit pœnitentiam leg. Subjici-

tur

tur et excommunicatione, gla-
dioque à Magistratu ordinario
à Deo constituto de populo Dei
eradicabitur.

Apocal: 22.

Beati qui servant man-
data illius, ut sit potestas illo-
rum in ligno vitæ et per porta
intrent in civitatem. Foris au-
tem canes et venefici, et impu-
dici et homicidæ et idolis ser-
vientes et omnis, qui amat et
facit mendacium.

Ordinatio politicii regiminis in Civitate Mons: à AZ: Senioribus introducta.

Seniores communi-
tatis Christi in

Sanctâ

1824.

Sanctâ Civitate Monast. per gratiam altissimi et Omnipotentis Dei vocati et constituti, hæc officia, et hos subsequentes articulos à singulis Israëlitis ac Domus Dei inhabitatoribus fideliter et inviolatè servari volunt.

1.

Quicquid sacra Scriptura aut præcipit aut vetat, huic pœnæ metu singulæ Israëlitæ parebunt.

2.

Quilibet Seniorum unius ministri operâ ad jussa sua exequenda utetur

3.

Unusquisque vocationi suæ sedulò insistet,

De

Deumque ac Magistratum
ab eo constitutum timebit,
nam non frustra gerit gladi-
um cum Scelerum sit ultor

4.

Quique Seniorum
tam nocturnis, quàm diurnis
excubiis præerunt, cásque pra-
sentes inspicient, ne quid ne-
gligentiâ vigilum periculi
Reipubl. importet.

5.

Unus insuper Seniorum
singulis noctibus, cum qui-
busdam ministris armatis,
vigiles omnes in aggeribus
muris et portis excubantes,
diligenter contemplabitur,
ut in officio contineantur,
et Deus cum ipsis vigilet.

6.

Sin

1826.

Singulis diebus à Se-
ptimâ ad novam antemeridia-
nam, et à Secundâ ad Quartam
pomeridianam horam, sex Senio-
res in foro, huóque ad id destina-
to considentes, omnes controver-
sias suis decretis dirimunt.

7.

Quidquid Seniores communi
consilio in hac novâ Israëlis
Republ: utile esse decreverint,
Joannes Leusdanus Propheta,
tanquam fidelis minister ad-
tissimi ac sacratissimi Ma-
gistratûs communitati Chri-
sti, totoq; Israëlitico coetui an-
nunciabit et proponet.

8.

Ne inter Sinceros mini-
mèq; fucatos Israëlitas quid-
quam manifesti flagitii cum

verbo

verbo sciv pugnantia tolleretur,
ut transgressor seu flagitiosus
in manifesto crimine deprehensus, meritis supplicii ple-
ctatur, Bernhardus Knip-
perdöllingus eundem ratione
cōm admissi delicti puniet. Si vero
in manifesto crimine non de-
prehendatur, causa ad seniores
per Knipperdöllingum refere-
tur, quorum decreto parebitur,
ut omne malum ex Israël
eradicetur. Knipperdöllingus
autem in sui muneris tutelam
et defensionem quatuor stipa-
toribus munitus in publicum
prodibit.

Et in cibis administra-
dis legitimus servetur ordo
praefecti ejus rei officii sui
me-

memoras, ejusdem generis scrauta-
uti hactenus fieri consuevit: sin-
gulis diebus, fratribus sororibus
in disjunctis et disseparatis
mensis modeste et cum omni
verecundia, sedentibus oppo-
nent, neque illi quidquam pro
suo arbitratu praeter id, quod
opponitur, exigent. Habebant
autem ante singulas portas
singulas aedes, in quibus illi, qui
munitionibus firmandis dabant
operam, suo tempore ibabun-
tur, in quorum numero tam
foeminae, quam mares fuerant,
qui mensa cum silentio accu-
bente uno aliquo inter cenandum
in veteri testamento legente
cibum capiebant.
Ex cubia interea diurna agen-
tes, aliis digressis cibum capi-
ent,

ent, ne vigilio necessaria ne-
gligantur.

M.

Nemo praeter Christianum
Kerckringum ac Her-
mannum Ledekorum
praefectos piscationis, illa-
rumque ministros piscabit.
Iis etiam pisces pro neces-
tate aegrotantibus et praegnan-
tibus non negabunt.

N.

Senes Bernhardum
Peterum ac Gerardum
Struesser, mactandi cre-
dendique curandi jus erit,
ne recentes carnes suo tempore
desint.

N.

Hermannus Lorrate,
Joannes Lecker et Hen-
ri-

1830.

ricus Dunckster, cum sex suis ministris in usum Israëlitarum calceos fuerit.

13 Joes Falck et Henricus Hofhof, Henricus Kolle, Conradus Hofhof, Hermannus Terrick, et Arnoldus Koilaart, fabri ferrarei nulli suam operam negabunt.

14. Kollenbecke vero et Schei tamen soli Magistratui in cudendo ferramenta servient.

15 Joes Bosseldius cum suis Ministri clavos ferreos cudent.

16 Bernhardus Thorkoër Bernhardus Blankorp, Hen-

Henricus Eydelblot, et Joes Nordhof Sarcinatorium erunt Præfecti, dabúntq; operam, ne nove et inusitate vestium formæ fiant.

XV.

Conscissas et dissectas vestes nemo gestabit.

XVI.

Secreta seniorum consilia atque decreta illorum pública privátaq; Henricus Erechtius tanquam Scabinius et à secretis diligenter annotabit.

XVII.

Ne quid bombarda et tormenta, eorúmque usum necessarium requiritur, desit Henricus Nollenbeke et Bernhardus Lanniicida

au-

curam habebunt.

20

Mercurium, aliaq; annosa potuq; genera in usum aegrotantium, et dolore animi laborantium conserventur, Pharmacopoeiq; ejus rei exactam rationem sufficiet.

21.

Ut auro et argento tam signato quam non signato verus et legitimus usus tribuatur, magnus Scholarch, et duo Censores, Gerardus Kerrinck, et Lucas Fruiter singulari studio curabunt, ne quid inutiliter expendatur, sed seniorum consilio in utilitatem publicam convertatur.

An-

Andreas Coriarius et Hermannus Sibbert, Coriorum et pellium praeparationi, utilibus quibusque ad sutoriam pertinet praefecti erunt in hac sancta civitate.

Eberhardus Foller et Joes Krechting Veterani, Marcii erunt, et equorum, publicis usibus destinatorum, curam agunt, ne sine commodo de pabula absumantur.

Publicis munitionibus hujus sanctae urbis confirmandis, aut de integro erigendis Gerardus Sixveer, Broeck, Christianus Sorderarius, Joes Daven, tri-

triacy, et Joh. Aldanus dabant operam, nihil tamen Senioribus non consultis extru-ent.

75

Joh. Krechting rapuit Semina, quacunque in urbe deprehenderit ad molam olea-riam Meinerschlagii conve-het, oleumque inde expressum in usus necessarios fideliter conservabit.

76

Aromatibus et placen-tis in unam domum compor-tatis Bernhardus Wessiter praerit, ut ea recte distribuendis dabito-peram.

77

Quotiens cervisia et pa-

nis necessarius fuerit, Senioresper
gratiam Dei dabunt operam,
ne quid incommodi Respub: capiat.

28.

Quotiesq; ad reparationem aggeris
rum terra opus fuerit, Scabi-
ricus & Schoschenno, in ejus rei
usum bigas et quadrigas prote-
rabit, et cuperum, plumbumq;
a dejectis turribus raptum et
singulos et distinctos acervos
convehere jubebit.

29.

Si peregrinus, et a nostra
religione alienus, sive frater,
sive ejusdem patriae conterri-
nis, sive familiaris fuit, qui se
ad hanc civitatem nostram
sanctam contulerit ille Knip,
per dollingo Crispigero ad
examinandum committetur,
ut

ut ille cum eo colloquia misce-
at, quod nulli aliis praeterquam
Senioribus committitur.

30

Baptizatus Christianus
cum advena et peregrino Ethnico
nullum colloquium aut sermo-
nem habebit, neque cibum cum
illo sumet, ne ulla collusionis
suspicio suboriatur.

31.

Nemo quacunque etiam ex-
te inobedientiae poena proposita
piscabitur.

32

Nemo citra consensum
et arbitrium Seniorum sub
poena capitis signa militia
mutabit, neque se pro arbi-
trio suo de manipulo uno
in alium dedet.

si

33.

Si quis Deo sit desponsante
ab hostibus transfossus, aut
aliâ quavis ratione obdormie-
rit in Domino, bona illius re-
licta, ut sunt arma, veste, s.
nemo suâ authoritate rapiet,
sed ad Bernhardum Schip-
perdollingum Consigerum,
ut illorum authoritate veris
heredibus adjudicentur.

Strictè interea
quædam scripta in
urbe et privatim et publicè compo-
sita aut lapidibus alliga-
ta ejiciunt, aut telis affixa
in castra spargunt, ut
militibus persuadeant, se
non prius bellum intulisse,
sed sine justâ denunciatione
sibi illatum. Se autem de-

precaturos, aut legitimâ de-
fensione repulsuros, verbúmq
Dei, quod apud se vigeat, defen-
suros. Et hæc eo astu et
consilio agunt, ut militem
ab obsidione tam sanctæ civi-
tatis removeant, et ab oppres-
sione tam piorum virorum
deterreant.

Quale fuit illud
quod sequitur.

Omnibus popu-
lis, cujuscunque
sint ætatis, Mo-
nasteriums, chri-
stianam Civita-
tem Altissimi
Dei obsidione pre-
mentibus .....

Gratiam et misericor-

dia

diam et pacem à Deo Patre
per Jesum Christum unicum
nostrum et totius mundi Ser-
vatorem, omnibus piis, bene-
volis et christianæ veritatis
amatoribus precamur.
Audite populi et perci-
pite juvenes, Senesque,
qui in circuitu urbis nostræ
castra tenetis.
Cùm nos non solùm pacem,
verùm etiam fraternum a-
morem in Christo cum quibus-
dam hominibus ea animo ha-
bere desideremus. Quibus rati-
onibus coram piis viris: tacco
coram Deo: defendetis? quòd
contra scripta pacis leges, et
consignatas, non indictâ
causâ belli, obsidione vio-
lentâ à vobis premimur,

atque

atque occidimur? Sed justo
invadet Deus. Quòd verò vobis
literas nostras mittimus, hac de
causâ fieri cognoscite. Spera-
mus inter vos multos adhuc
fore pios, Deum et Creatorem
suum amantes, qui mortem
oppetere maluit, quam non
indicto bello, contra fas, contra
Deum et amabilem veritatem,
pecuniæ gratiâ suscipere bellum,
qui mendaciis adducti, nobis
infensi sunt, existimantes, si
nos armis persequantur, se
gratum Deo obsequium præ-
stituros. Ut autem singuli
vestrûm intelligant, accura-
tiùsque secum expendant,
quid agant, et quod contra
quos arma induant: Fidei
et fidei nostræ ratio,

nem

nem breviter explicabimus:
Fides et fiducia nostra est in
unum verum et vivum Deum
creatorem coeli et terræ, sicut
Scriptura sacra latius ostendi-
cat, quod perlongum esset hic
persequi. Scimus etiam et credi-
mus æternum Deum timentes
se et in viâ suâ ambulantes
amare, contrà malefactores
omnes interea enormiter odisse.
Cùm igitur in Deum credimus
et scimus illum esse remunera-
torem illis qui ipsum ex toto
animo quærunt, et in viis illius
ambulant, ita vita nostra
coram Deo est composita, ut
nullum inter nos flagitii ob-
noxium impunitum relin-
quamus, nedum talia fla-
gitia et enormia peccata:

qua-

qualia de nobis impudenter
inter nos confinguntur: / per-
feramus et fieri permittamus.
Praterea si constaret nobis,
nos quemquam / praeter Sata-
nam illiusque familiam / de-
fraudasse, quadruplum
libenter refunderemus. Hæc
est fides et vita nostra. Deus
est nostra fiducia, spes, præ-
sidium et clypeus noster.
Ipsius voluntati obsequii no-
strum desiderium est, sive
vivendum, sive moriendum
sit nobis. Proinde non for-
midamus, quid Antichri-
stus, Sacerdotes, Monachi
et diaboli astutia, cum
tota sua cohorte, cumque
ipsis infernorum portis ad-
versus nos moliantur. No-

stra

stra vita in Christo abscondita,
tunc primum incipit, quando hoc
caro mortalitatem deposuit, tunc
horte Dei stimulo Jesu Christi ac-
curredes frusti et repulsi confun-
denturet pudefient. Quare resi-
piscite et errores vestros, dum po-
testis, agnoscite, ne ipsi in ve-
strum exitium gloriam ponatis.
Optamus enim omnium hominu
resipiscentiam, ut nobiscum
salvi fiant. Quod vero nobis
homines optant, Deus sit judex,
Hac pro benigna admonitione
suscipitote, et ne nostrum du-
cem antiquum et bene exerci-
tatum offendatis, cavetote.
Omnes Dei hostes non secus quam
paleam et quisquilias astema-
mus, quibus intrepide Juues
nostri praesidio freti, resistemus.

Et

Et certè durum erit ipsis contra
stimulum calcitare & judicio
Dei se implicare. Si hanc agni-
tionem fidei nostri veram non
esse existimaveritis, ferre poteri-
mus, ut certus commilitonum
vestrorum numerus à nobis
tandem decernendus omnia
præsens experiatur. Deus
enim novit, quod nihil nisi
regnum Christi quæramus
& optemus. Scripta sunt
hæc Monast: in Civitate
Dei altissimi. Anno
post natum Christum
M.D.31. die 8. Aprilis

Senior, totaque
communitas et conso-
ciatio Christi Mo-
nasterii congregata.

Maria

Varia inde ludibria
et contumeliæ genera utrim-
que effinguntur, quibus per ani-
mi lasciviam interdum sobrii,
interdum ebrii se mutuò lacef-
sunt dicteriis amarulentis pro-
vocant. Quidam militum
ingenti sæpe confidentia pleti
ad urbem decurrunt, caligas ip-
detritas portitoris vociferatio-
nibus affigunt. Sartor de-
tritas et lacerata has
mihi refice caligas, atque
hi interdum elabuntur, inter-
dum transfixi cadunt. Op-
pidani vicissim viri simula-
chrum è panno lineo confu-
tum et fœno fartum et in-
dulgentiarum literis, ponti-
ficiisque bullis circumseptum,
annosæ aquæ imponunt,

eam-

eamque scutici asperiter in porta flagellantes, ita cum suo fespore muto in castra Mauritiana abigunt. Mile eo simulacro illusus cum oppidanum aliquem a b effreni et indomito equo, quē retinere non potuerit, per cam- pum ferri existimaret, certa- him prodandi gratiâ accurrit, equum apprehendit, et â per- nicī cursu coercet. cùm autem fraus deprehenderetur, magna militum multitudo rei novi- tate avida et doli ignara ad spectaculum illud confluit. Op- pidani verò ex diversis urbis munitionibus et è turri mar- tinianâ potissimùm tantam tormentorum et missilium copiam in eam conglobatam et confertam militum mul-

ti-

titudinem conjiciunt, ut majori
parte occisâ pauci vulneribus
elaberentur. Neque multò post,
vas humano excremento plenum,
et arctissimè obturatum, bigæ
que impositum sine auriga
in castra mittunt. Et alia in-
finita in contumeliam militu
communiscuntur, eò fœdissimis
convitiis sese mutuò profan-
dunt, hi milites appellant
impios, Idolatras, Pontificii
et rasæ turbæ ministros, servos
sceleris, illi è diverso da-
mitant: Pater Spiritus mei
appetit carnem tuam. In-
terdum nudati natibus poste-
ria ostentant. Jo cum qui-
dam puer eodem fere semper
in loco crebrò saceret, Oppi-
dani dispositò adeum totum
tor-

tormento, puerum ita traji-
ciunt, ut membra dissipata,
et passim per agros disjecta non
reperiri, nedum colligi potuerint.
Dum haec agunter,
vimineas crates, quibus Alpham
castris interluentem suppositis
trabibus passim committant,
octo pedum in longitudinem
et 12 in latitudinem, ac corbes
seu gerros adversus tormen-
ta objecta cauta, jussu Prin-
cipis Praefecti militiae in A-
prili texunt, et magnam
carcularum palarum har-
pagonum et vinatarum
scalarum numerum ad op-
pugnationem futuram
comparant. Turicolae
quoque fossores agminatim
castra, muniendi causâ

per

per vices accersuntur, alii ex
his detrita plaustra stramine
et alii vero firmiora fascibus
et virgultis onerata advehere
jubentur, hi ut dejectis fascibus
currus secum reducant, illi au-
tem ut ipsis cum oneribus in
castris relinquant.

Princeps praterea, ut mi-
litaris disciplina in castris vi-
geat, 3. Maji Satrapis et
Praefectis per totam Dioecesin
edicto praecipit, ut milites sine
ducum suorum commeatu, si-
gna deserentes, et defectionem
molientes, tanquam transfu-
gas intercipiant, et captos bene
reservent, atque ita viarum
rationem circumquaque habe-
ant, ne miles non authoratus
et militum numerum aspe-
ctu

ejus fine fide publicâ in castra
commeare permittatur.
Inde Bast Wilhelmus
inimicorum Esor cum
inter portas Hortana et Mau-
ritiana in loco valli, sibi à
militiæ Præfecti assignato,
vigilias nocturnas ageret, fu-
bitâ visione et inusitatâ voce
excitatus atque animatus est,
ut impiorum urbes flammis
passim pervaret. Proinde
publicâ authoritate et com-
meatu impetrato, eo animo
exivit, ut Waltbecæ Selgetæ,
Alenæ, Pulmaniæ, aliisq;
finitimis oppidis flammas
injiceret. Et cùm Waltbecæ
magna pulveris tormentarii
recens advecti, aliarúmque
rerum ad bellum et obsidio-

nem

nem comparatum esset copia primum suscepti incendii experimentum in eo oppido facere tentavit, admoreltaque tectis face, magnámque oppidi partem, sine soulveriel tamen aliarúmq; rerum bellicarum captio caepit. Paganorum undique accurrentium multitudine, antequam pulveris repositorium ignis pertingeret, incendium retinctum est. Incendiarius vero dansulum sese in Dein stein portam subduxit, ubi ex levi suspicione apprehensus factum fatetur. Inde fidgitio daturus poenas Wattbecam reducitur. Deligatus ergo ad postem, igni quo alios nocuit, suffocatus et exustus est, dignamque

sortis

factis fuis poenam dedit. Hic etiam in carcere Theodorico à Nerveld Subpraefecto Walthecano adem aliquantulum attento, differendi forte supplicii causâ persuasit, in sylvâ vicinâ, quae ferarum horby seu saltus dicitur, designato certo loco et in capsulâ, qua Monast. in valle excubias agere solitus fuit, thesauros defossos esse, ubicunque ergo totum illum ante captam, hunc ergo post captam urbem sollicite magnoque studio scrutatus est, sed decepto nihil praeterea reperit.

Interea oppidani quotidianis ferè conflictationibus sese exercent, hostem infestant, et maxime 16 Maji inopinatam cre-

pota,

ptionem in castra hostium
faciunt, ac non pauco sine
magnâ tamen suorum strage
sternunt, atque Thymnerum,
Joerdanum, Strzelum, Lytho-
nium, et Joannem Boechemi-
um secum captos in urbem ab-
ducunt. Qui postridie per lite-
ras, in castra missas, à suis com-
militonibus poscunt, ut collo-
quendi facultate ab oppida-
nis impetratâ, cum Joanne
Decore de commutandis
captivis agant, sibi enim in
ipso ergastulo ditius delineri
permolestum esse.

Cùm jam omnia ad
bombardas majores ad oppu-
gnationem urbis necessaria
comparata et instructa essent,
ne quid temporis sine armorum
exer-

exercitio transmittatur, neve
turpi otio miles intra castra
languescat, die Veneris, que
proxime festum Penthecostes
præcessit, fudique 22. Maji
muros, portas et propugnacu-
la urbis frequentibus assulu-
ram oppugnationem ictibus;
que die Martis subsequenti
in crepusculo matutino fieri
decreta est:/ quatere et deji-
cere incipiunt, viamque ir-
ruptionis sibi aperire conten-
dunt, Quidquid autem muni-
tionis interdiu sternitur, modi-
ere ejá cerbis ductoribus docte
nocturno tempore terra limó-
que congesto reparant, ac re-
staurant. Viri verò adventura
oppugnationis diem; quam
per transfugas didicerant./

Jeje

se armant, nec quidquam, quod
ad repellendos hostes utile visum
est, intermittitur, nec dissimili
studio miles urbem oppugnatu-
rus in omnibus castris instruit,
et à ducibus juramenti præstiti
præcepta fortitudinis admonetur.
Ipsi etiam propulsâ opum a
pe[illegible]rava, se mutuo animant.
Caedi autem non solùm
verbis mutuis, verum etiam
humanibus epulis calicibus
que sibi animos conciliant,
omnésque mortis terrorem lar-
go mero cervisiáque excutiunt,
non intelligentes consilio ratio-
nem his extingui, neque fort-
tudinem, sed audaciam et te-
meritatem augeri. Iti itaque
cum diem nunc totum con-
trectassent, et tam strenue pu-
[illegible]

Milites, ut neque discrimen
dierum, neque vespertini, tam
matutini temporis haberent
rationem, ante solis occasum
spe prædæ præripiendæ et ini-
micis gloriæ cupiditate, ad du-
cis, cujus appetentes pleri-
que esse existimantur, in-
genti strepitu et clamore sublato,
oppugnationem, aliis castris
ignorantibus præcipiant, et
quantum per ebrietatem licuit,
armis, scalis, aliisque machinis
urbem adoriuntur. Ubi vero per
reliqua castra Feldrorum oppu-
gnatio nunciaretur, admi-
rantur primum ipsos tempori
decreto oppugnationis oblitos
esse, ne tamen soli impressi-
onem sustineant, ex omnibus
castris præsidii ferendi gra-

tia

tia fit irruptio. Multorum oppidanorum sola in se quoque provocant, atque ita hostilem impetum virilim dispertiuntur, et dissipant, sed ubi nos interse, nisi, duce recepto canunt, et ad castra suos milites super, stites revocant. Plurimi autem eorum in ista impressione irrita desiderati sunt, cum ex oppidanis tantum Antonius Vilderarius et Henricus Merschey, cum 6 aliis gregariis interierint. Si omnia simul castra decreto tempore omnibus rebus paratis irruptionem tentassent, facilia res forte cessissent.

Ex hac recenti victoria cum oppidani feliciter suarum virium periculum fe-

fecipent, audaciores reddit multa in hostium perniciem callide machinantur. Primum enim juxta portam Judefeldanam ex urbe per aggerem aniculum agunt, eumque lignis robustioribus intus, ne agger subsidat, fulciunt, et fossam utramque ponticulis jungunt, per hanc viam hostibus incognitam, oppidani aliquot animo, quàm viribus majores urbe exeunt, operaque inter se partiuntur, alii enim chalybeos dant, alii ferreos malleos, alii grandiores fecures, alii strictos enses, alii bipennes ferunt. Et ne hostis eorum adventum praesentiat, praemissi per terram usque ad hostium stationem et vigilias di-

diurna repunt. Hi praeter
spem in hostium Stationem
diurnam subito irruunt, quos-
dam aleâ ludentes, quosdam
potitantes, aliudve præter offi-
cium suum facientes inermes
armatis opprimunt, et eos qui
sibi fugâ salutem non quæ-
sierant, priusquam arma
corripierent, adoriuntur, ster-
nunt et mactant. Alii clava
chalybeos foraminibus parvis
novendecim bombardarum
intra vineas dispositarum,
per quem ignis immittitur,
aptant. Alii ferreis malleis
eos, quantâ vi possunt, ad-
gunt, alii vota, tormentorum
ceps receptaculaque securibus
secant, et quantum tempus
patitur, omnia frangunt,

cor-

corrumpunt, et perdunt. Bubo-
rem etiam nihilum, in magnâ
copiâ ibi reperlum, passim per
arenam spargunt. Interea
per vallum et propugnaculum
urbis bombarda cancellis
ferreis è portium majorum
templi raptis, et hastralium
dispectes graviùs in hostium
adventum et perniciem dispo-
nuntur. Cùm verò ista fra-
ges per unum aut alterum
fatè militem, qui sibi fugæ
salutem quæsierant, in
castris nunciaretur, tota
castrorum vis erumpit, opa-
pidanosque persequitur,
se propius ac intra bombar-
darum jactum hostium
versutam callidilatem me-
tuens progredi non audet.

Cùm

I

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

JOH. Å KERSENBRUCK

HIST: ANAL: MONASTES.

VOLUM. II.

503.

Handschr.
503
fol.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN